

35

QUEDAL ECONOMA DE NUEVA  
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE






1080045866



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



Eff. 2-6-94




EL TESORO DEL SACERDOTE.

COMMENTARIA  
AD RITUALE ROMANUM.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

264  
EL TESORO DEL SACERDOTE.

COMMENTARIA  
AD  
RITUALE ROMANUM,

AUCTORE

Hieronymo Barnuffaldo

FERRARIENSI,

SACRAE INQUISITIONIS CONSULTORE, ET INSIGNIS COLLEGIATAE  
CENTENSIS ARCHIPRESBYTERO.

Correcta et aucta cum omnibus decretis datis per S. C. R.  
specialiter ad Mexicanam ecclesiam.

Cum approbatione ordinarii.

TOMUS III.

Capilla Alfonsina  
Biblioteca Universitaria

Imp. de NARCISO BASSOLS, Editor, dirigida por Isidoro Boclar.

1869.

53588

38288





FONDO BIBLIOTECA PÚBLICA  
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN



Código Alfanumérico  
Biblioteca Central

88888



DE

## PROCESSIONIBUS.

### TITULUS PRIMUS.

#### SUMMARIUM.

- 1 Processiones inter functiones Ecclesiasticas numerantur.
- 2 Processiones non sunt Sacramentalia.
- 3 Processiones majorem cultum Deo exhibent, quam Sacramentalia.
- 4 Processio quid sit.
- 5 Processionis vera, et propria definitio.
- 6 Scriptores vari de Processionibus.
- 7 Processiones dividuntur in publicas, et privatas.
- 8 Processionibus privatis nullus statutur Ritus.
- 9 Processiones privatae non possunt transferri sine licentia Episcopi.
- 10 Processiones publicae quare sic dicantur.
- 11 Regulares an teneantur interesse publicis Processionibus.
- 12 Regulares in aliquo casu possunt compelli ad interessendum.
- 13 Regulares possunt ab Episcopo puniri, si non inter sint.
- 14 Regulares non ad omnes processiones interesse tenentur.
- 15 Processionum reductio.
- 16 Regulares interesse tenentur Processionibus extraordinariis, et pro re gravi.
- 17 Processiones extraordinariae non sunt perpetuandae.
- 18 Distantia, quae eximit Regulares ab interessendo.
- 19 Processionam indicandarum jus est tantum Episcopale.
- 20 Procesiones vocantur etiam supplications.
- 21 Processiones omnes sunt ejusdem speciei moralis.
- 22 Origine Processionum antiquissima.
- 23 Processiones fuerunt in usu in Veteri Testamento.
- 24 Infideles, et Pagani suas Processiones habuerunt.

- 25 Processionum varia motiva.  
26 Processiones omnes ad tria capita reduci possunt.  
27 Processiones sunt Scholae Virtutam.  
28 Processionum mysteria, et documenta.  
29 Virtutes processionum explicari debent a parochis.  
30 Parochus debet incidere, et enunciare Populo Processiones.  
31 Silentium, et modestia observari debent in Processionibus.  
32 Modestia primo decet Sacerdotes.  
33 Accessus ad processionem non est servitus, sed honorificentia.  
34 Vester processionales quales esse debeant.  
35 Pluviale semper deferendam in processionibus.  
36 Pleus prohibetur in processionibus.  
37 Bini Bini procedere debent homines in processionibus.  
38 Locum quisque habere debet suum in processione.  
39 Contentiones pro loco repellendae sunt a processionibus.  
40 Contentiones non promovendae sunt in actu processionis.  
41 Controversiae istae ab Episcopo terminari debent.  
42 Magistri Caeremoniarum debent praevidere discidia.  
43 Remedium praesentaneum est, ut qui contendant, se abstineant cum protestatione.  
44 Aliud Remedium est, ut invertatur Ordo.  
45 Processio solemnis Ferrariae factum inverso ordine.  
46 Similis processio a *Macrio* descripta.  
47 Confraternitates antiquiores praecedere debent.  
48 Confraternitates nullam figuram faciunt in Ecclesiastica hierarchia.  
49 Immodestia defect in processionibus.  
50 Foeminae ad Fenestrarum tempore processionum prohibendae.  
51 Synodales Constitutiones Juri communi praferuntur.  
52 Distinctio esse debet inter Clericos, et Laicos.  
53 Atque inter Masculos, et Foeminas.  
54 Locus Laicorum in processionibus.  
55 Locus Foeminarum qualis esse debeat in iisdem?  
56 Processiones Foeminarum an sint licitae?  
57 Segregatio Mulierum a Viris in processionibus antiquissima.  
58 Crux in omnibus processionibus praefertur.  
59 Usus istius paelationis antiquissimus.  
60 Imago Christi in Cruce an praeferi debeat?  
61 Crux nuda a pauperioribus Religiosis defertur.  
62 Imago Christi in Cruce esse debet conversa ad Populum.  
63 Cruces Regularium a quibus deferri debeat?  
64 Palliorum pendens a Cruce quare adhibeatur?  
65 Vexilla militarem figuram habere non debent.  
66 Vexilla triangularia prohibentur.  
67 Tormenta bellica an explodi possint tempore processionis?  
68 Forma Vexillorum adhibendorum in processionibus.  
69 Edendi, ei bibendi abusus in processionibus eliminandus.  
70 Monita alia circa comessationes in processionibus.  
71 Comestibiliis verdi non debent in processione.  
72 Quale paccatum sit comessationes habere in processionibus.  
73 Missa celebranda post processiones.  
74 Processo an dispensari possit a celebrazione Missae?  
75 Processio Corporis Christi nunquam celebratur a prandio.  
76 Processiones Vespertinae non protrahendae ad noctem.  
77 Processiones ordinariae quaenam?  
78 Non indicandae sunt quocumque anno.  
79 Processiones extraordinariae quaenam sunt?  
80 Indicandae sunt specialiter pridie.  
81 Enumeratio processionum extraordinariarum.  
82 Regulares exempti tenentur intervenire istis processionibus.  
83 Processiones generaliter terminari debent ubi initium haberent.  
84 Nonnullae tamen exipiuntur.  
85 Episcopus debet punire transgressores.

Oeconomia nostri Operis postulat, ut Rituales Romani ordinem sequendo, expositis Benedictionibus ab eodem praescriptis, ad Processionum explicaciones deveniamus. Caeterum si de quibuscumque Benedictionibus fieri possilibus in Ecclesia Dei, verba a nobis essent facienda, non adeo breviter opus expediretur, sed cum quaecumque Benedictiones, quae extra Rituale Romanum sunt (dummodo in Pontificali non habeantur, prout ad Episcopos spectantes) haberi debeant suspectae, nisi specialis, et distinctae approbatio intersit Ecclesiae, ideo omituntur, hoc unum enixe exoptantes, ut quaecumque in istis Comentariis nostris vel descripta, vel descrivenda sunt, Ecclesiae Catholicae mandatis obsequentissime inhaereant, tutoque pede proficiscantur. Itaque ad Processiones me confero, juxta ordinem Ritualis nostri.

3 4 5 *Processiones* quoque inter Ecclesiae Catholicae functiones adnumerari satis liquet ex eo, quia in illis peragendas, talia adhibentur, quae inter Sacramentalia a Doctoribus collocantur, prout sunt Aqua lustralis, Benedictiones, et similia, Casal. de *Sacr. Rit.* p. 1. cap. 3. in fine. Verum proprie Sacramentalia Processiones dici nequeunt: nam illis non solet attribui effectus remissionis venialium, quemadmodum Sacramentalibus tribuitur, ex communi DD. sententia apud Suarez sect. 2. disp. 12. Igitur tutius loquemur, si illas inter Ecclesiasticas functiones tantummodo enumerabimus, prout eas Paulus V. in sua Constitutione *Apostolicae Sedis*, etc. sub tali nomine nuncupavit. Hoc tamen non obstante, per easdem Processiones, majores, et excellentiorem cultum Deo exhibemus, quam per alias Sacras functiones, quae inter Sacramentalia numerantur, ex Quart. de *process. punct. 7. n. 23.*

*Processio* itaque in sua Ecclesiastica significatione desumpta, est publica Precium institutio Populi fidelis, certo ordine incidentis, et coram Deo assistentis ad impetrandum auxilium. Haec definitio inter varias a diversis Authoribus allatas, probatur tamquam magis apta, et propria a Paulo Maria Quarto, sect. 1. punct. 2. n. 2. ex qua aliam clariorem, et magis ad rem nostram desumit n. 3. his verbis: *Processio est publica supplicatio facta Deo a communi coetu Fidelium, certo cum ordine disposito, et procedente e loco Sacro in Sacrum.*

6 Circa Processionem essentialia, qualitates, causas, ritus, utilitates, mysteria, et alia ad illas spectantia, luculenter scripsero, *Serrarius*, *Gretserus*, *Casalius*, *Durandus*, *Durantus*, *Quartus*, *Castaldus*, *Baudri*, *Bissynus*, etc. alii satis diffusae, et ex professo: qui Authores ex gratia omnes videndi sunt. Nos vero, cum ex institutione, et proposito nostro, tantummodo de earum Ritibus, quatenus in Rituali Romano praescribunt tractaturi simus, ea unice exponemus, quae in Rubricis

ejusdem Ritualis reperiuntur, et proposita sunt: majora, et quaestionabilia aliis Tractatoribus relinquendo.

§. I. Publicae, Sacraeque Processiones, seu Suplicationes, quibus ex antiquissimo Sanctorum Patrum instituto, Catholica Ecclesia, vel ad excitandam Fidelium pietatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, vel ad Divinum auxilium implorandum uti consuevit, qua pars est religione celebrari debent; continent enim magna, ac divina mysteria, et salutares Christianae pietatis fructus eas pie exequentes a Deo consequuntur; de quibus Fideles praemonere, et erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, Parochorum officium est.

7 8 Dividuntur Processiones in publicas, et privatas. Privatis nullus praefigitur Ritus ab Ecclesia, cum fiant inter privatas aedes, puta Monasteriorum, et Parochiae, seu a Personis privatis, coetum universalem Ecclesiae non convocando: quae Personae proprium Ritum habent, et illarum institutionis praescriptum in suis Processionalibus libris, quorum usus est praecipue apud Monachos, et Fratres Mendicantes.

9 Notandum est tamen, quod quavis istae processiones privatae fiant sine licentia Episcopi, qui jus privatuum circa processiones habet, nihilominus, non possunt transferri sine ejus licentia, prout partibus informantibus fuit decisum a S. C. R. in Hispalien. 3. Septembris 1695. apud Monacell. T. 1. tit. 5. for. 7. n. 22.

10 Publicae vero processiones, vel ita appellantur quia palam fiant, et publice apparent, vel quia cunctis licet illis interesse; imo ad illas convocantur quicumque Ordines Regulares, et Confratiae, ut intersint, et eas, comitentur ordine praescripto.

11 12 13 14 15 16 17 18 Magna quaestio est: An Regulares etiam privilegiati, et exempti teneantur processionalibus interesse? Regula generalis est, quod isti Regulares etiam exempti, etiam Monachi possunt compelli ad accedendum ad processiones publicas, et consuetas, atque indicatas pro bono, aut honore publico. Ita tenent Emanuel Sa, *Quaest. Reg.* t. 3. *quaest. 36. art. 1.* Franc. Leo, *Thes. for. Eccl.* p. 4. *cap. 2. n. 143.* Ugolin. Cochier. Armendar. Valenzuel. et Barbos. *de Off. Ep. alleg. 78. n. 14.* et alii apud eundem ad Conc. Trid. sess. 25. c. 13. imo possunt ab Episcopo *puniri* per censuras, et penas arbitrarias non obstantibus] quibuscumque privilegiis,

consuetudinibus, vel praescriptionibus etiam immemorabilibus privilegiis, tantum Apostolicis Sacro Concilio Tridentino posterioribus contrarium desuper disponentibus minime sublati ut declaratum fuit a Saera Congregatione jussu Urbani VIII. die 27. Julii, 21. Augusti, et 19. Septembris anno 1628. apud Pignatellum, *Tom. 1. consult. 121.* Verum Monacellus, *Tom. 1. tit. 5. for. 7. n. 23.* has processiones, ad quas cogi possunt Regulares ad interessendum, reducit ad illas tantummodo, quae causa, bono, vel honore publico fiunt, *et n. 23.* nominatim dicit, illas esse, quae indicuntur pro Gratiarum actione, de re gravi; pro pace inter Catholicos Principes, vel Victoria impetranda contra Infideles; pro electione novi Pontificis Ecclesiae diu viduatae Pastore: ad placandum Deum occasione Pestis, Sterilitatis, Terraemotus, et similium, ut tradunt Pax. Jordan. *Lucubr. T. 2. lib. II. tit. 2. n. 4.* Passerin. *de stat. hom. T. 3. qu. 189. n. 196. in fine.* Alias extraordinarias processione enumerat Steph. Durant. *l. 2. cap. 10. n. 4. 5. 6.* Quas tamen processiones, ad effectum obligandi Regulares ad interessendum, non esse renovandas annuatim, et perpetuandas, nisi nova motiva, et novae causae concurrent, censuit S. R. C. *in Bictecten. 19. Januar. 1697.* ad relat. Card. Petrucci: in qua declaratum fuit edictum Episcopi, quo adstringebantur Regulares sub poena suspensionis, et interdicti Ecclesiae, ipso facto incurren, ad interessendum processioni indictae pro obtainenda liberatione a Terraemotu, semel jam factae (nota) anno praecedenti, et postea renovatae, *non sustineri, cum omnibus inde securis.* Ex quo deducenda est exceptio Regulae, nempe, posse cogi Regulares exemptos ad interessendum processionibus, dummodo hae processiones sint extraordinariae, et pro re gravi; de quibus etiam loquitur de novo idem Monacell. *T. 3. tit. 3. for. 6. n. 2. cum Pac. Jordan. Barbosa, et de Luca de Jurisdict. disc. 100 n. 9.* Et dummodo Regulares hujusmodi non distent a loco processionis facienda, ultra dimidium milliare, vel perpetuae Clausurae sint adstricti, ut cum multis notat Anacl. *lib. 1. tit. 30. n. 129.*

19 Porro quaecumque sint istae processiones, jus eas indicendi, ac etiam (cum causa) prohibendi, est privatuum Episcopi, Barbos. *ad Concil. sess. 25. c. 13. et de Pot. Ep. alleg. 78. n. 3. et 4. de Canonic. et dignit. c. 42. n. 20. et in Summ. decis. Apost. verb. Ep. quoad Processiones.*

20 21 Suplicationes etiam vocantur, quia forma cuiuslibet processionis consistit in supplicationibus, et precibus, quae in eis ad Deum funduntur, non qualitercumque, sed certo cum ordine, atque ritu particulari, ex quibus patet, omnes processiones esse ejusdem speciei moralis, quatenus omnes conveniunt in certis ritibus, et precibus, Quart. d. punct. 5. n. 10.

22 Quo vero ad earum originem. Multi SS. Patres men-

tionem faciunt de Processionibus, et quidem non recentiores sunt; sed ex antiquis tales habemus, qui floruerunt ante nos mille, et trecentos annos, prout Tertulianus, SS. Hieronymus. Augustinus, Ambrosius, et Marcellus, quorum mentio fit a Quart. d. punct. 3. n. 7. et alii illarum aetatum Patres.

Concilia quoque nonnulla adsunt, et quidem antiqua ab eodem Quart enunciata, nempe *Gerundin. c. 3. Aurelianen. 1. can. 29. Mogunt. sub Carolo Magno, c. 33. Laodicens. c. 17. Lagdunen. c. 6. Bracaren. c. 9.* quorum Conciliorum celebratio excedit millenarium.

Antiquiorem etiam Sacrarum processionum usum, et institutionem assignat Steph. Durant. l. 2. c. 10. qui affert loca ex *Matth. 21. et 28. neconon Marci. 16. Turbae autem, quae praecedebant, et quae sequebantur, clamabant dicentes, etc.*

23 24 Sed non tantum Christiani usum processionum habent: habuerunt et Hebraei, ut in Veteri Testamento, unde nonnulli originem illarum repetunt ab illa *Num. 10. Joss. 6. Reg. 6. Parali. 13. Joel. 2. Infideles quoque, et Pagani suas processiones habuerunt, et habent, notant Scriptores Rerum praecipue Turcicarum. Jo: Antonius Menavimus de morib. Turcarum, lib. 2. c. 16.*

25 26 Quia vero omnis Agens propter finem agit, non sine causa, et non absque ratiore, uis istarum processionum apud Fideles institutus est. Quatuor motiva, tamquam cauae processionum motrices inducunt a nostro Textu. Prima causa est *excitatio pietatis*; nam processiones sunt actus verae Religionis, et Cultus divini, quibus recognoscitur Deus tamquam supremus omnium Dominus, Quart. Punct. 7. n. 23. Altera causa est *Commemoratio divinorum Beneficiorum*: nam non tantum recognoscitur Deus tanquam supremus omnium Dominus, sed etiam tanquam piissimus largitor omnium Bonorum, cui nosmetipsos subjicimus, et a quo omnia expectamus. Tertia causa est: *Ad Deo gratias agendas pro collatis Beneficiis*. Pro gratiarum enim actione est specialis processio designata, cum suis Orationibus: rationabiliter enim Deo gratiae reddendae sunt, quem authorem Bonorum nostrorum cognoscimus. juxta illud S. Jacobi Ap. c. 1. *Omne datum optimum desursum est, descendens a Patre luminum.* Demum quarta ratio est: *ut divinum auxilium imploremus*. Sunt enim processiones valde utiles Populo Christiano, ob magnam vim, quam habent impetrandi a Deo gratias, quarum indigemus: unde multa ab Authoribus adducuntur exempla comprobantia fructus innumerabiles provenientes Fidelibus a processionibus rite, et recte factis. Vide Quart. punct. 8. n. 25. 26. Praeter has causas, nullam aliam ex Rituali assignamus, cum omnes, et singulae processiones ad haec quatuor enumerata capita reduci possint.

27 Itaque cum processiones sint Scholae virtutum celebres, in quibus vera pietas, et devotione elucescit, hinc est, ut pari religione eas celebrare decens sit: semper enim de Deo agitur in illis, vel per modum imprecativum, vel per modum gratuitum, vel per adorativum. Sancta igitur sancte tractanda sunt, ut alias diximus, nihilque sanctius est actu verae Religionis, et Cultus divini, prout sunt processiones, Quart. punct. 7. n. 23.

28 *Continent magna, et divina mysteria, etc.* Quinque mysteria, et plura salutaria documenta abscondi in processionibus docent Authores. *Primum* est Symbolum nostrae Peregrinationis per de ambulationem, et cirenitum demonstratum. *Secundum*, dispositio velut Castrorum acies ordinata nos paratos admonet ad praelium contra hostes Fidei nostrae. *Terustum* per musicos cantus in processionibus adhibitos demonstratur concordia omnium Fidelium ad laudem, et honorem Dei. *Quartum*, ex luminibus accensis indicatur bonorum operum lumen, et Fidei viva fax in Fidelium cordibus. Per *Quintum* tandem, quod latet in Ritu, quo procedimus a sinistris ad dexteram, ostenditur, quod cum Processio sit typus nostrae peregrinationis ad Patriam Caelestem, nos ab adversitatibus, quae per sinistram denotantur, et e miseriis hujus saeculi patienter toleratis, ad dexteram aeternae felicitatis transire speramus, Quart. a n. 30. ad 40. Ubi etiam salutaria documenta, quibus per processiones instruimur, explicantur.

29 30 Ista mysteria explicare debet Parochus Populo suo nam inter Parochialia munera illud est, ut Verbo Dei pascat oves suas, explicando Divina eloquia, et docendo necessaria ad salutem, quae sequenda, quae amplexanda, quae evitanda ad obtinendam vitam aeternam, ut ex *Conc. Trident. Sess. 5. de Ref. c. 2.* Similiter debet virtutem Sacramentorum explicare, neconon Sacramentalium, atque ideo processiones faciendas indicere, et enunciare; ut Populus statuto tempore, et loco adsit, Barbos. de *Potest. Par. 1. c. 16.* Has vero enunciare non praestat, si eas explicare renuerit: Populus enim praecipue ruralis saepe saepius ad Sacras functiones, pecudino more trahitur, illarum naturam, essentiam, et mysteria ignorans, Quapropter ad Parochum incumbit explicare quid per has processiones Ecclesia intelligat, ut possint Fideles ad illas intervenire parato animo fructuum spiritualium percipiendorum, pro quibus tales processiones instituuntur: nimis enim materialis esset interessentia illorum, absque perceptione ullius fructus spiritualis. Propter hoc Ecclesia statuit, ut Parochi explicarent totum id, quod necessarium videtur ad erudiendos Populos. Quod innuit etiam S. Carolus, *Act. 4.* qui onus simile impossuit etiam concionatoribus. Alia quoque nos diximus in Titulo de iis, quae in Sacramentorum administratione generaliter servanda sunt §. 10.

§. II. Videant in primis Sacerdotes, allique Ecclesiastici Ordinis, ut in his Processionibus, ea modestia, ac reverentia, tum ab ipsis, tum ab aliis adhibeatur, quae piis et Religiosis hujusmodi actionibus maxime debetur.

31 Idem praecepit S. Carolus, *Act. p. 6.* in Instructionibus pro supplicationibus, seu processionibus, dum dixit: *Observant omnes in Ecclesia, et in via debitum silentium, et modestiam.* Imo delinquentes notandos, et puniendos, decrevit, tamquam violatores loci, et rei Sanctae.

32 Haec modestia, et reverentia primo a Sacerdotibus, et Ecclesiasticis; postea ab aliis servande est: qui enim plus habent, plus debent, et qui in dignitate eminent, eminere debent, et excellere in omni virtute: Quare ut omni decentia procedant ornati tum Ecclesiastici, tum Saeculares, nec scandalum praebant ante Sacras, et publicas supplicationes, debent se praepare cum humilitate, et cordis compunctione; alias qui ad illas imparati accedunt, Deum tentare videntur, juxta illud: *Ante Orationem præpara Animam tuam, et noli esse quasi homo qui tentat Deum, Eccles. 18.*

33 Hoc sciendum denique est, accessum ad Sacras processiones non redolere aliquam servitutem, sed potius honorificentiam, et praerogativam erga Cultum Divinum: imo redolare etiam in praerogativam aliorum Ordinum, qui sub proprio Vexillo eisdem publicis processionibus interveniunt, de Luca *de Jurisdict. disc. 100. n. 7.* illamque admisit *Suer. Congreg. in neapolitana processionum, 2. Augusti 1709.* allegat. ab Ursaya, *Ton. 2. p. 2. disc. 4. per tot.*

§. III. Omnes decenti habitu, superpelliceis, vel aliis sacris vestibus, sine galeris, nisi pluvia cogente, induiti, graviter, modeste, ac devote, bini suo loco procedentes, sacris Precibus ita sint intenti, ut remoto risu, mutuoque colloquio, et vago oculorum aspectu, populum etiam ad pie devoteque precandum invitent.

34 35 36 Habitus processionalis, quamvis sit viatorius, attamen est Sacer, non quaecumque vestis apta est, ut in hac Sacra functione adhibeatur. Clerici suam habent a Sacris Rituibus statutam Vestem, juxta ordines, et gradus suos. Praesertim Pluviale præcipitur ferendum a majori dignitate Processioni interessente; quia proprie haec est Vestis viatoria, qua

pluvio tempore extra Templa utebantur Apostoli; ut late demonstrat Macrius in *Hierolex. verb. pluviale.*

36 Galerus præcipue prohibetur in processionibus; eo quia nihil in se habet Sacri, et est tegumentum omnino profanum. Clerici Birettis Clericalibus, nempe quadratis cum Cruce uti debent: Regulares vero Capuccio; si id eorum Ordo postulet. Unica tantum tolerantia est tunc quando pluvia id exigat: sed si actu plueret, improvidum concilium omnino esset processionem ducere extra Ecclesiam: si vero timeretur, tunc Pileo, pro tali necessitate, uti possent componentes Processionem, sed non actu caput, cooperire, nisi vere ad id cogat cadens pluvia.

In vestibus demum fugienda sunt extrema vitiosa tum in mensura, tum in delectu: et præcipue Sodales Confraternitatum cavere debent a nimio luxu in sacco, et in comis fictitiis: saccus enim, ut omnes Doctores advertunt, Vestis est poenitentialis, et cum poenitentia luxus non bene consentit. Vide Quart. dict. punct. 12. n. 51.

37 Bini bini denique procedunt omnes, ob geminum præceptum charitatis, ut ait S. Gregorius, *hom. 17. in Evang.* Sed haec est ratio moralis, Ratio alia naturalis est, ut in psalendo, et orando cum præscriptis precibus quisque habeat socium suum, qui psalmiodiam alternet, et sibi respondeat. Insuper hoc fit ad evitandam confusionem, exemplo Christi Redemptoris, qui *Lucae 10.* misit discipulos suos binos in omnem Civitatem, et locum, quo erat ipse venturus: ob commendationem fraternalis charitatis, et ut alter alteri sit auxilio, solatio, stimulo, et excitamento, S. Bernard. *Serm. de Purific.* et Theophylact. *in Luc.*

38 39 40 *Suo loco.* Turbat processiones, qui suo loco, et debito ordine non incedit, inquit S. Bernardus, *Serm. de Purific.* Itaque contentiones, et rixae de præcedentia, et loco honoratori, a processionibus omnino repellendae sunt, nec danda est illis ansa, et pabulum, quia ad Animi, et Corporis simul destructionem facile deveniunt. Certe locus pro singulis prædefinitus esse debet, ad hoc ut quisque locum alterius non occupet, vel usurpet, et a singulis juxta ordinem suum procedendum est; aliter enim esset tumultus, et inordinatum Chaos, non Sacra processio. Quapropter Sacras Congregaciones de Urbe adire, Doctores consulere, et rationes, authoritatesque cumulare, ut quisque in sua honoratiore possessione manuteneatur, non reprobo, imo laudo; debet enim quisque sua jura tueri omni virium conatu: sed improbo, atque detestor, lacrymisque deploro usum nonnullorum, qui de bono jure disputando, tempus captant tunc, cum nulla fieri potest matraria deliberatio, sed tumultuaria, nempe in arena positi, et in actu processionis jam inchoatae dissidja, et bella movent de

praecedentia nullo habito respectu ad rem Sanctam, atque Religiosam, quam agunt: et inde fit, ut charitas penitus extinguitur, Religio deprimatur, et finis, seu ratio supplicationis omnino destruatur.

Textus itaque noster cum dicit: *suo loco procedentes*, omnem praecedentiae titulum, atque omne jus controversum, decisum supponit, nec disputationibus locum aperit. Sint quod lubent, controversiae, et iurgia de praecedentia inter Fidelés in Comitiis, in Coetibus, in Conviviis, in Castris, aliisque profanis convivis; sed absint omnino a loco Sancto, atque a Religiosa Familia. Advertant Religiosi Ministri ad illud Lucae 22. *Qui major est vestrum, fiat sicut minor: et qui Praecessor est, tanquam Ministrator;* nec adsit inter Sacras functiones qui contendat, et videatur esse major: *Qui enim se humiliat, exaltabitur; et qui se exaltat, humiliabitur,* Lucae 14. Pro ejus confirmatione sedulo perpendant Ecclesiae Ministri id quod dicit Cornelius a Lapide explicans locum Proverbiorum 25. *In loco magnorum ne steteris, ubi haec ait, relata etiam a Quart. de Process. punet. 12. 54. Noli contendere de loco: etenim hae contentiones nascuntur ex ambitione, creantque periculum malii exitus bellii, cum magna multorum clade, etc.* Quo circa, prisci Romani, hanc, non generositatem, sed stoliditatem censebant, eamque morte puniebant.

41 42 43 Pro praxi itaque praesentis Textus, si non Episcoporum, qui saepe postremi adeuntur pro remediis (et tamen istae controversiae ab Episcopis terminari debent, Barbos. ad Concil. Trid. Sess. 25. de Regul. c. 13. n. 41.) saltem Sacrorum Caeremoniarum Magistrorum, seu eorum Vicesgerentis onus erit, quaestiones, et dissidia haec praevide ante in eundam processionem; vel illa, si valent, componere, vel ad suum judicem remittere, vel ad ultimum, aliquod praesentaneum, extemporaneumque remedium adinvenire (optimo enim Sacrarum Caeremoniarum Magistro deesse non debent media, et temperanta extempore, atque inopinata in quibuscumque casibus) quo dissidia temperent, et scandalum evitent in re tanti momenti, praesertim ubi agitur de majoritate, vel minoritate alicujus Ordinis, praecipue Regularis: Inter quae remedia illud excellentius erit, et promptius, ut contendentes praevia protestatione, se abstineant ibi interessendo tali Processioni, vel saltem ii, qui ultimum possessorum vel non habent, vel summarissimum non probant, ob deficientiam praesentaneorum iurium in illo loco, et tempore non facile allegabili: Ita consulto in praxi non semel observatum vidi, et quidem magna omnium approbatione, et rei Sacrae utilitate.

44 45 Aliud remedium ad contentiones de Praecedentia evitandas (tunc cum maxime interest pro re maxime gravi, ut

omnes Ordines Processioni intersint) illud est, ut qui Praecessor est, fiat sicut ministrator, cuius exemplo omnia ad quietem traduntur, et ad silentium, et fit ut Privilegia, asserta cesserent: quemadmodum hic Ferrariae evenit anno 1708. tempore cl. mem. Card. de Vetme Episcopi. Ob gravissimam, publicam necessitatem (tempus enim erat, quo extera arna in Ferrariensi dictione saeviebant, Civitatemque totam fere circumvallabant) indicta per eum fuit publica Processio, et supplicatio pro die secunda Novemboris. Totus Clerus Saecularis, et Regularis invitatus fuit, etiam per modum concilii, et hortationis, nec privilegiatis, seu exemptis indulsum, ut omnes simul, rite, et de more convenienter in Ecclesia Cathedrali, qua ad nonnullas statutas Ecclesias, pro stationum sacrarum acquisitione progredi decretum fuerat, ut Deus omnipotens, et misericors, hos Populi sui poenitentiae actus susciperet, flagellumque irae sua averteret, quod jam (Comaclo ab Armis Caesareis occupata) per Templa, et loca Dioecesis Ferrariensis excurrebat. Ast quoniam, cum publica esse deberet supplicatio, quia publica, et gravis erat necessitas (convenientibus subsequenter eujuscumque Ordinis etiam privilegiati Regularibus, qui in ordinariis Processionibus infra annum interesse non consueverant( evenire poterat, ut dissidia, et rixae orirentur, ob praeminentiam locorum, prudentissimus Antistes, ut eyertere scandala imminentia, et ne actus ille poenitentiae ad ruinam potius inserviret, quam ad aedificationem, studuit, ut fierent novissimi primi, et primi novissimi. Primus et tamquam ductor praebat ipse Eminentissimus, Cardinalis Episcopus, omnibus Cardinalitiis insignibus depositis, fune circa collum, et lumbos alligato, nudatis pedibus procedens, in cinere, et cilicio, magnam Christi Crucifixi Imaginem manibus gestans: subinde sequebantur primo Capitulum et Canonicci, absque solita Cappa, sed unice cum Rochetto non lacinioso: dein Mansionarii, et similiter Capellani Beneficiati ejusdem Cathedralis cum Rochetto absque manicis: postmodum Curati, seu Parochi Civitatis, cum Stola, sed sine Gotta: post hos sequebatur Clerus saecularis Civitatis, vestibus nigris, et talaribus indutus, absque superpelliceo, sed cum fune ad lumbos ligato. Pariter subsequebantur Regulares soliti ad interveniendum processionibus ordinariis per annum, juxta antianitatem temporis, ita ut antiquiores primi essent, et inter illos digniores, seu graduati. His expeditis, subintrarunt alii Regulares privilegiati, et exempti. Sed nullo inter illos servato ordine, ut omnis praeminentiae iurium evitarent, nam bini videbantur (sit pro exemplo) Monachi Cassinenses, bini Canonicci Regulares; deinde bini Clerici Regulares: bini ex Societate Jesu: subinde unus Monachus Olivetanus cum uno Presbytero Oratori; unus Ca-

Com. t. III.—P. 3.

nonicus Lateranensis cum uno Clerico Regulari Romaschensi, vel Ministrantium Infirmis: et sic unus Ordo dici non poterat continuatu; imo rari erant qui cum socio aequalis Ordinis incederent. Confraternitatibus Laicis deinde datus locus fuit ab antiquioribus inchoando: demum tota familia Episcopi subsequebatur, a nobilioribus incipiendo, ita, et taliter ut postremus locus, qui in aliis processionibus digniori servatur, a domus suae coquo, et stabuli mediastino occuparetur, ita ut vere dici posset, quod facti fuerint primi novissimi, et novissimi primi, cum locus vilior teneretur a majoribus, et dignior a minoribus, ad hoc ut quaecumque praecedentiae lites, bonorum operum destructivae, evitarentur. Quod totum, licet diffuse, dictum sit ad confusionem illorum, qui in Sacro iurgia suscitare student, vanis praeminentiae titulis.

46 Similem huic processionem narrat Macrius *Hierolex. in verbo Litaniae*, in usu esse ordine inverso aqua Clerum Ecclesiae Andegavensis in processione Feriae quartae Rogationum.

De praeminentibus Ordinum Cleri tum Saecularis, tum Regularis multae disputationes, et inspectiones facienda esse, quae totum librum implerent, adeo variae, et discrepantes, instabilesque sunt inter se.

47 48 Quo vero ad Confraternitates laicas, hoc certum est, antiquiores praecedere debere junioribus, Pignatell. *T. 4. Cons. 76. n. 1.* Rota coram Bichio, *dicet*, 566, *n. 1.* et quod Romae servatur, ubique locorum servandum esse, *S. C. Ep. 26. Ang. 1593. Ricciull. lucubr. Eccl. l. 4. c. 16. §. Quoniam.* Quae resolutio adeo placuit Pontifici Clementi VIII. ut semper tali pacto rescribendum esse decrevit, in casibus occurrentibus; et si opportunum vidisset, generalem Constitutionem fieri mandasset super hoc, ut testantur cum Ricciull. *d. l. Camp. in divers. Juris Canonici, rubr. 12. c. 13. n. 123.* Barbosa *de pot. Episc. alleg. 78. n. 24.* A decretis vero Episcopi in materia praecedentiae inter Confraternitates, nullam dari appellationem, neque reclamationem, sive protestationem, ex vi Constitutionis Gregorii XIII. quae est 84. et incipit *Exposit.* etc. advertit Gratian. *decis. 203. n. 1.* Possunt tamen inter dictas Confraternitates fieri pacta, et transactiones absque Sedis Apostolicae Beneplacito, *cap. 2. de pact. l. 6.* Rota coram Seraph. *dec. 81. allegat. a Ricciull. d. l. §. Qua ratione,* quia istae Confraternitates Laicales nullam faciunt figuram in Ecclesiastica Hierarchia, ex Ursaya *T. 3. p. 2. d. 23. n. 54.*

Seraphinus vero clarius loquitur in *decis. 22. Calaguritana Praeminentiarum, n. 2.* et contra opinionem Ricciulli, qui eum allegat, patentissime decidit, dum ait, *super praeminentia non posse fieri concordiam absque Superioris autoritate.* Verum Seraphini casus est circa Collegiatam, non vero circa Confraternitatem; unde, cum, ut diximus, Confraternitas nu-

llam faciat figuram in Ordine Hierarchico, stare potest, quod inscio Ordinario fieri possit transactio, et conventio.

49 50 51 *Remoto risu, mutuoque colloquio.* Immodestia, et vanus oculorum aspectus, nugae, et risus maxime detestantur in processionibus a Quart. *d. l. n. 48. 49.* ex hujus Rubricae vi: quapropter nonnulli Episcopi sub gravi poena prohibuerunt Foeminas ad Fenestratas se exhibere tempore processionis, ut videant, et videantur, *Synod. Ferrar. Verme, pag. 106.* pro quo casu sciendum est, Constitutiones Synodales praeferri juri communi, Barbos. *de Ep. p. 3. alleg. 93. n. 23.* Ratio autem quae movit Sumum Pontificem ad hoc statuendum, et quae removere deberet omnes, praesertim Ecclesiasticos processionibus interessentes ab immodestia, colloquiis, nugis, risu, et a vana oculorum inspectione, est principaliter, quia processiones institutae fuerunt ad orandum, et colloquendum cum Deo; ad ipsum Deum laudandum, et Sacris precibus glorificandum: est autem non pauca irreverentia, eo tempore, quo quis cum Deo loquitur, ipso posthabito, divertere ad colloquia impertinentia cum hominibus, ad scurrilitates, ad cachinnos, et vanitates, nec hoc modo Populus ad pietatem allicitur.

§. IV. Laici a Clericis, Foeminae a Viris separatae orantes prosequantur.

52 53 Haec distinctio magnae utilitatis est in rebus praesertim Sacris: sicut enim Ordinis Hierarchici inter se distinguuntur ad altare, ita et inter alia Sacra debet intercedere ista naturae, et graduum separatio, ne confundantur Ordines spiritualis militiae; et ut nihil inter Sacrum, et profanum, ad quem finem vetus mos fuit Ecclesiis Clericos a Laicis, cancellis separare, Durant, *l. 1. c. 17. n. 3.*

54 Locus Laicorum est immediate post Sacros Ministros; et laudabilis mos erit, si bini bini et ipsi procedant, ad evitandum tumulum, sicuti bini bini procedunt Laici Confraternitatum sacco induiti in processionibus, qui pro Collegiis Christianorum usurpantur, Durand. *l. 1. c. 26.*

55 Quo vero ad Foeminas haec statuit S. Carolus *Act. p. 4. Instruc. var.* Mulieres moneantur, ut nonnisi velatae incedant; nec sit aliquis, qui in processione Clero misceatur: sed omnes post Clerum Homines, et post eos, Mulieres, omnesque cum devotione, et silentio procedant.

56 57 Quaerit in hoc Argumento Quart. *de process. punct. 3. nu. 168.* An processiones Foeminarum sint licitae, ac permittendae? et resolvit affirmative, quia per se loquendo non

sunt illictae, nisi fiant tempore Nocturno. De facto S. Gregorius Magnus, suis temporibus, ordinavit processiones Mulierum, *de sept. Process. sect. 1. punct. 5.* Sed segregatim a Viris, et si rationabiliter non timeatur inde sequuturum grave scandalum. De facto Ritus segregandi Mulieres a Viris in Sacris functionibus, antiquissimae originis est. De quo vide Durant. *l. 1. c. 18. n. 2.*

§. V. Praferatur Crux, et ubi fuerit consuetudo, vexillum Sacris Imaginibus insignitum, non tamen factum militari, seu triangulari forma.

58 Crucis Vexillum in omnibus processionibus a Christi fidelibus indictis semper effertur, nulla excepta, etiam privata, etiam nocturna, nam ubique Salvatoris nostri Signum est, et distinguit Ecclesiasticas cohortes, ut notat Pignatell. *consultat, 30. numer. 7. Tom. 4.* Usus istius praelationis antiquissimus est, ut appareat ex S. Cyril. *l. 6. contra Julianum, et Socratem, cap. 8.* alisque apud Gretser. *l. 1. c. 84. l. 2. cap. 30.* et Quart. consider, *2. punct. 6. n. 18.* Atque hoc fit, ad demonstrandum Fideles nomen dedisse Christo Crucifixo, et ob hoc, sub ejus signis militare.

60 61 62 63 Nullum adest praeceptum, quod obliget ad praferendam Crucem cum Imagine Christi Crucifixi, vel nudum. Generico loquendo, sufficit, ut Crux ex dupli hastae elevetur, cujuscumque materiae sit. Nounulli Ordines Regulares, imo nonnullae Confraternitates pauperiores, et humiliores, usum elevandi Crucem nudam ligneam, et hoc videtur, quod sit ad demonstrandam paupertatem, et mendicitudinem sui, non autem ad statuendum ritum, seu ad limitandam in aliis Crucibus hanc nuditatem. Attamen praesens Textus dum dicit: *Praferatur Crux,* nihil aliud praecipere demonstrat, quam simplicis, et nudae Crucis praelationem; ideoque qui sine Imagine Christi Crucifixi eam deferunt, contra ritum non agunt. Si vero adsit Imago, haec erit semper conversa ad populum praeceuntem. Non ita tamen erit Crux quae Archiepiscopos, et Cardinales praecedit; nam Imaginem defert conversam ad dictos seu Archiepiscopos, seu Cardinales, ex Ritu Pontificalis, et Caeremonialis Romani. Haec Crux in Processionibus Regularium, debet deferri a Laicis Religiosis non autem a Professis juxta rescriptum S. C. Episc. rescriptum sub. 16. Septembri 1718. relat, ab Ursaya, T. 3. p. 1. d. 5. n. 42.

64 Consuetudo est, ut e Cruce Regularium, et Confraterni-

tatum pendeat Palliolum Sacris Imaginibus pictum, prout magis lubet, sed fere semper istae Imagines sunt Sancti, seu Mysterii titularis illius, seu Ordinis, seu Confraternitatis. Hoc decet sericum esse, et phrygio opere elaboratum, sive acu pictum, ut rei agendae splendori par sit; Inservitque ad distinctionem, et ad designandam inferioritatem illius Ordinis Regularis, seu Confraternitatis a Clero Saeculari, qui unice Crucem absque ullo Velo deferre potest in signum superioritatis, ut jam alibi diximus.

65 66 67 Quoad formam vero, seu figuram istius Pallioli, caveli debet, ne militare Vexillum praeseferat, neque sit triangulare: quamvis enim Processio in plura agmina distributa, mystice exercitum militantis Ecclesiae contra adversarios humani generis reprezentet, attamen sua propria insignia habet; non vero Galeam, Scutum, et Hastas, sed Crucem, Virtutes, et Orationes, Quart. d. n. 32. Igitur Vexillum ad normam militaris esse non debet, neque triangulare, utpote sunt illa, quae adhibentur in re militari, quae subjiciuntur, et humiliantur ad pedes Dei exercituum, tunc quando Processionaliter defertur in Eucharistiae Sacramento à Sacerdote: atque adeo abhorret Ecclesia ab hoc militari, sonoro, imo strepenti bellito ritu ut *S. Gongr. Immun. in una Soanen. 2. Decemb. 1698.* relata a Ricc. *Synops. verb. Processio,* edictum Episcopi prohibens explodi tormenta bellica dum fiebant Processiones, fortiter sustinuerit; et e contra edictum Curiae Laicae permissivum post peractam Processionem refelleret, prout de jure.

Tubae, et Tympana utique tolerantur in Processionibus, ut ad exitus Viarum clangore, et strepitum moneatur Populus distractus de transitu Processionis.

68 Consueta, et approbata Vexilla in Processionibus sunt, vel ab ipsamet Cruce pendentia, aperta tamen, et patentia, ut Imagines ibidem pictae videantur; et solent esse non multum ampla, nec valde gravia, ad hoc ut Crucifer valeat illa elevare, et portare. Vel sunt magna, ampla et pretiosa, atque ut plurimum ex serico villoso aurophrygiato, vel ex alio pretiosiori panno, cum Imagine Sacra, vel Symbolo Sacromorali aut picto quae dupli hastae elevata, a duabus portatoribus robustis, et lacertosis deferuntur. Alia sunt quoque Vexilla ad militarem formam constructa, quae humero deferuntur more bellico: Cumque isto sint figurae triangularis, cum barbis pendentibus omnino arcenda sunt, nec adhibenda in Processionibus, prout illa quae praesens Rubrica deferri seu adhiberi prohibet.

§. VI. Edendi, ac bibendi abusum, secumve esculenta,

et poculenta deferendi in Sacris Processionibus, agrisque lustrandis, et suburbanis Ecclesiis visitandis, tollere Parochi studeant: ac fidèles, praesertim die Dominica, quae proxime Rogationes antecedit, quam haec dedebeat corruptela, saepius admoneant.

69 Non tantum in Italia, sed extra quoque iste abusus edendi, et bibendi, necnon esculenta, et poculenta deferendi in Processionibus inolevit: nam *Sacerdotale Brixinensi* a me in his Commentariis saepius allegatum, verba faciens de Processionibus, dist. 10. c. 12. pag. m. 516. haec reformanda in Sacris Processionibus statuit, his verbis: *Ac cum his Sacris Processionibus, multa saepe indecentia, fabulae, ritus, detractiones, potationes, cantiones ineptae, et his similia (proh dolor!) miseri soleant, vigilent sane Parochi, et Sacerdotes, pro Conditionibus, talia ferventer reprehendere, imo et tollere: Operam pariter dantes, ne Populus Processiones praesumat insituere, nisi ipse Parochus, vel alius ab eo deputatus Sacerdos intersit: dictosque errores serio advertat, ne quod Ecclesia Sancta, Dei ad Deum placandum salubriter instituit, ad provocandam iram potius Dei peragatur.*

70 Placuit totum Paragraphum per extensum transcribere, eo quia praeter potationes, et comessationes in Processionibus prohibitas, adsunt alia quoque sedulo a Parochis advertenda, et prohibenda: atque praecipue mentio fit de onere, quod sibi incumbit in Sacris concionibus, admonendi Populum circa istos abusus.

Acrier enim contra hanc corruptelam invehitur Quart. d. punct. 12. abus. 6. n. 55. Et quia ejus verba affabre inserviunt ad explicandum nostrum Textum, illa prout stant, referre non pigeat.

*In publicis, et Sacris nostris supplicationibus, si paulo procedatur longius.* (Intellige de Processionibus, quae fiunt in locis suburbanis, et ruralibus, in agrisque lustrandis, prout de his loquitur Textus;) *non verentur plures ad jentacula, et comessationes divertere, sive escas secum deferant, sive eruant in via,* (hinc tollendus est abusus vendendi coonestibilia, et cauponas aperiendi tempora Sacrarum Processionum, ne commoditas praebetur gulosis ea emendi, sive ingrediendi in illas) *tanquam si animi tantum causa, rusticarum, vel ambulatum irent.* Cum tamen quando celebrantur Sacrae Processiones, non sit tempus replendi ventrem escis terrenis, sed mentem piis affectibus; unde Sidonius, lib. 5. Epist. 14. inquit: *Hebetantur supplicationes prandiorum obicibus.*

Nec a Rituali Romano exordium habuere istae prohibitio-

nes: Fortiter contra tales corruptelas conclamavit Concilium Colomiense 3. tit. Censurae, his verbis: *In Processionibus Clerici non divertant ad jentacula.*

72 Quod de Clericis dixit Colomiense Concilium, hoc de toto Populo Processiones comitante intellexit Rituale Romanum, nullum excipiens, et imponens onus Parochis, ut in Sacris Concionibus de hoc abusu vitando Populos monerent. Cum igitur Rituale non distinguant, Clericos a Laicis circa hunc abusum, nec nos distinguere debemus: perly enim *Fideles*, satis clare constat significari omnes Christianos.

Quale vero peccatum sit, in Sacris Processionibus divertere ad jentacula, et comessationes, licet Quart. d. l. nu. 56. non excedere culparum venialem asserat, attamen ratione scandali, potest esse grave peccatum contra statuta Ecclesiae, Summorum Pontificum, et Conciliorum Decreta.

§. VII. Processiones prius fieri debent, deinde Missa solemniter celebrari, nisi aliter ob gravem causam interdum Ordinario, vel Clero videatur.

73 Loquitur hic Textus de Processionibus Rogationum, et Litaniarum majorum, Purificationis, Palmarum, etc. quibus ex institutione adnexa est Missa solemnis: tunc enim nisi ob gravem rationem dispensari non potest a celebratione Missae, quia ordo, et ritus maneret incompletus; Et vi Sacrificii, efficacius impetratur id, quod per publicam supplicationem postulatur. *Conc. Proo. 4. Gavant. Enchirid. verb. Proces. n. 25.*

74 Graves vero causae, quae a celebratione Missae in hoc casu possunt dispensare, debent cognosci, et pro illis dignoscendis valet tam Ordinarius, quam Clerus, eo quia talis casus de repente oriri potest, ut nonnisi cum magno Cleri, et Populi adstantis incommodo, valeat de illa Ordinarius moneri: ideoque Clerus, et ex Clero principaliores, de consensu nostri Textus, tali tempore, possunt dispensare a celebratione Missae, non vero a Processione: ubi nota, potestatem Cleri limitatam esse tantummodo ad Missam celebrandam, quia ad hanc celebrationem Episcopus non potest cogere Sacerdotes, nisi Sacerdotum intersit libera voluntas, et commoditas, Pasqualig. *dc Saer. nov. ceg. T. 2. q. 844. n. 11.* nisi unus tantum sit celebrans.

Caeterum Processio, generice loquendo, non habet necessariam connexionem cum Missa; nam ut plurimum, Processiones celebrantur tempore vespertino, et praecipue extraordinarie. Est tamen valde expediens, quando fieri possit adjungere Mis-

sam solemnem, ut quemadmodum supra diximus, vi sacrificii efficacius impetretur id quod per publicam Processionem postulatur.

75 Processo tamen cum SS. Eucharistia, ex vi Textus, ut suo loco dicemus, celebratur post Missam, in qua duae Hostiae consecrantur: quod intelligendum est etiam per totam Octavam, ubi consuetudo sit de die in diem, per Parochias, tales Processiones celebrare. Ita sapientissime in *Synodo Ferrarensi* Card. de Verme, c. de *Processionibus*, pag. 105. his verbis: *A prandio nulla instituatur, nec edicatur Processio praecedens, aut subsequens Vesperas, in qua Augustissimum deferratur Sacramentum; Aptius enim omnibus temporibus est antemeridianum, utpote magis favens devotioni, et reverentiae debitae Sacro operi, et Venerabili in quo magis venerandus Christus, quo magis in nostram utilitatem sub velo Sacrorum accidentium se dimittit, et ostendit nobis se amicum summopere diligenter.*

76 Atque adeo verum est, quod multae Processiones celebrentur sine Missa, ut fere omnes tempore Vespertino indicantur, et peragantur, in quibus tamen id vetitum est, ne protrahantur ad tempus nocturnum, atque ita sint disponendae, ut prope Solis occasum absolvantur.

§. VIII. Processiones autem quaedam sunt ordinariae, quae fiunt certis diebus per annum, ut in Festo Purificationis B. Mariae semper Virginis, et in Dominica Palmarum, et Litanis majoribus in Festo Sancti Marci, et in minoribus Rogationum, triduo ante Ascensionem Domini, et in die Festo Corporis Christi, vel aliis diebus pro consuetudine Ecclesiarum.

77 Dicuntur ordinariae istae Processiones, quia omni, et singulo anno fiunt, et sunt de Ritu Ecclesiae, et quidem respective, antiquissimo. Ideo de ipsis praescribitur ritus, et ordo in hoc Rituali, qui est immutabilis, neque hoc loco explicandus. Quae dicenda erunt, habebit Lector in particularibus Titulis cuiuscumque Processionis. Notandum tamen, quod ritus fere idem est in omnibus, ubi de Litanis agitur, nec mutatur ordo, nisi in Precibus particularibus.

§. IX. Quaedam vero sunt extraordinariae, ut quae variis, ac publicis Ecclesiae de causis in dies indicantur.

78 Processiones ordinariae jam antea dictae, et enumeratae non exigunt, ut quotannis ab Episcopis indicantur, cum ordo Ecclesiae de se illas inducat, nisi opus sit aliqua remedia praestare, vel horas anticipare, vel demum aliquid novi introducere circa exteriore Caeremonias, salvo semper remanente ordine, et ritu Ecclesiastico.

79 80 81 82 Processiones vero extraordinariae cum certum tempus non habeant, indigent ut circa eas edictum, seu monitum Indictionis publicetur per aliquot dies ante, ad hoc, ut qui interesse debent, possint disponi, et praeparari. Formulam hujus edicti, atque nonnulla circa illud adnotaciones tradit Monacell. T. 3. tit. 3. for. 6. qui etiam enumerat alias occasiones talium extraordinariarum Processionum indicandarum, causam, et Bonum publicum respicientium. Ex. gr. ad Serenitatem, Pluviam, Pacem, et Sanitatem petendam; Pro electione Summi Pontificis (si diutius immoretur ad ejus electionem;) quibus addo Processiones pro Gratiarum actione; pro traslatione insignium Sanctorum Reliquiarum; pro indicendo, et publicando Jubilao Universalis; ad placandum Deum occasione Pestis, Famis, Belli, Sterilitatis, Inundationis, Terraemotus, et similium, quarum meminit idem Monacell. T. 1. tit. 5. adnot. ad form. 7. n. 24. et seqq. et eas referunt quoque Barbosa in sunm. dec. Apostol. verb. *Processio*, n. 23. Pax Jordan. *Elucubr.* T. 2. l. 7. tit. 14. nu. 57. Card. de Luca de *Jurisdictione*, disc. 100. n. 9. Quibus extraordinariis Processionibus, Regulares exempti, et privilegiati, si vocati sint, intervenire tenentur sub poena Censurarum, ut alibi dictum fuit; nisi Apostolica privilegia contrarium disponentia, habeantur Concilio Trid. posteriora.

83 84 Quod terminum Processionum sciendum, est quod generaliter loquendo, juxta inconcussum principium Sacrorum Rituum, in illa Ecclesia terminare debent, a qua incipiunt: atamen nonnullae sub ista regula non cadunt, et sunt illae, quae ad determinatum locum diriguntur, ut ibi sstant, prout in illarum enumeratione, suis Titulis, videvimus.

85 Nec Episcopus in casu contraventionis indulgere debet renuntibus sine legitima causa ad Processiones intervenire; et statim ad aliorum exemplum, occurrere debet scandalum, quod per Populum, ex inobedientia, et non interventu conceptum fuit: nam quemadmodum publica, et notoria est contumacia, ita etiam expedit, ut videatur statim publica punitio. Ita cum de Luca, disc. 100. n. 21. de *Jurisd.* sentit Monacell. T. 3. tit. 2. ad form. 6. n. 3. Sed ad particulares, et ordinarias Processiones nos confert Rituale: ideo ad eas explicandas accedamus.

xime utilia pro recta praxi ejusdem Ritualis in hoc negotio, quod de juribus Parochialibus esse, atque ideo ad Parochos spectare declarat Aloys. Ricc. p. 4. Resol. 305. et censuit S. C. R. in Alatrina 3. Martii 1633.

3 Potest tamen haec Processio fieri ab Ordinario, qui super omnes Parochos est, et propter hoc inter Pontificales functiones enumeratur a Castald. d. l. 3. sect. 3. c. 6.

4 5 6 Insuper numquam haec Processio transferri debet, quamvis occurreret in Dominica Septuagesimae, Sexagesimae, vel Quinquagesimae. In hoc casu, Officium tantummodo transfertur: Processio vero fieri debet rite praescripto: quod dictum sit etiam si occurreret Festum Patroni, vel Titularis, Castald. d. l. c. 3. n. 3.

7 8 9 Testum Purificationis Beatae Mariae Virginis ex antiquissima institutione est tam in Orientali, quam in Occidental Ecclesia. Ejus antiquitas aperte colligitur *ex cap. Pronuntiandum, de consecr. dist. 3. et c. Conquestus, de Feris.* Et probatur a Cardinal. Baronio in Not. ad Martyrol. sub die 2. Februarii. Atque distincta Processione colitur, ad demonstrandum iter factum a Beatiss. Virg. ad Templum, ut Filium Unigenitum suum Sacerdoti praesentaret: se seque juxta ritum antiquae legis purificaret: quae omnia, et singula enunciantur Canticis, Psalmis, Versiculis, et Antiphonis huic Processioni assignatis, et adhibitis, ad quas explicandas procedimus.

§. I. Completa Benedictione, et distributione Candelarum, ut in Missali Romano reformato, fit Processio; et primo celebrans imponit incensum in Thuribulum: Deinde Diaconus vertens se ad Populum, dicit: *Procedamus in pace, etc.*

10 11 12 Ex quo cum Candelis accensis fieri debet haec Processio, non potest illa initiari, nisi prius eaedem Candelae sint benedictae, et distributae; de qua distributione multa animadvertisse pro recta praxi tradit Barbosa de Par p. 1. cap. 12. numer. 56, 57. 58. Notat in hoc arguento Pasqualig. de Sacr. Nov. Leg. T. 2. quaest. 834. Cum Tamburino de Sacr. Miss. l. 1. c. 2. §. 3. n. 3. Cereos benedictos in die Purificationis B. Mariae Virginis posse adhiberi absque peccato, etiam veniali, ad usus communes: et ratio est, quia Benedictio non adhibetur ad dedicandos Cereos servitio, et obsequio Divino, sicuti quando benedicuntur Vester Sacrae; sed solum ad tribuendam habilitatem, ut possint inservire etiam pro alio usu Sacro, qui tamen non est determinatus, sed determinatur jux-

# DE PROCESSIONE

IN DIE FESTO PURIFICATIONIS BEATAE MARIA SEMPER VIRGINIS.

## TITULUS SECUNDUS.

### SUMMARIUM.

- 1 Gavantus diffuse scripsit de hac Processione.
- 2 Processio haec spectat ad Parochos.
- 3 Processio ista potest fieri ab Episcopo.
- 4 Haec processio transferri non potest.
- 5 Etiam si occurreret in Dominica Quinquagesimae.
- 6 Vel in Festo Titulari, vel Patroni.
- 7 Institutio hujus Festi, et Processionis.
- 8 Quare hoc Festum distincta Processione colatur?
- 9 Mysterium, et significations hujus Processionis.
- 10 Processio ista fit cum Candelis accensis.
- 11 Candelae prius debent benedici, et distribui.
- 12 Candelae istae possunt adhiberi ad usus communes.
- 13 Versiculi *Procedamus in Pace, origo.*
- 14 Versiculus iste olim cantabatur in omnibus Processionibus.
- 15 Restrictus fuit ad duas tantum Processiones.
- 16 Missale Romanum quare dicatur *reformatum?*
- 17 Subdiaconus in Processione debet habere Planetam plicatam.
- 18 Ordo hujus Processionis.
- 19 Subdiaconus non est duplicandus.
- 20 Campana pro hac Processione pulsantur.
- 21 Processio haec per quam Portam egrediatur, et ingrediatur?

1 Circa hanc processionem, praecipuas, et quidem doctissimas adnotaciones scripsit, ac evulgavit Gavantus p. 4. t. 14. explicans *Rubricas Missalis Romani*; neconon Quartus de *Processionibus*, sect. 2. punct. 1. n. 61. 62. atque Castaldus *Prax. l. 3. sect. c. 5. et 6. et similiter* alii Sacrorum Rituum Scriptores: quare pauca remanent a me dicenda: Attamen, ut proposito meo satisfaciam, *Rubricas* de hac Processione tractantes, qua par est, brevitate perpendam, nonnulla afferens scitu ma-

ta devotionem Fidelium: et ideo non ponitur aliquis obex, ne possint inservire etiam pro usibus communibus. Imo videntur benedici etiam in usus communes, ita ut primo, et per se benedicantur in ordine ad illum Ritum deferendi eos accensos in Processione, et secundario pro humanis usibus, sicut benedicuntur Comestibles, Naves, Thalami, etc. quod videtur indicari in prima Oratione Benedictionis dum dicitur. *Ut has Candelas ad usus hominum, et sanitatem corporum et Animalium, etc. benedicere, etc.* Haec Pasqual. l. c. quae referuntur etiam ad id, quod diximus in Titulo 46. de Benedictione Candelarum extra diem Purificationis, in fine.

13 14 15 Versiculus, *Procedamus in Pace*, est antiquissimi usus in Ecclesia, et olim in omnibus Processionibus adhibebatur; sed postea in missale reformato a Summis Pontificibus Clemente, et Urbano Octavis, restrictus fuit ad duas tantummodo Processiones, nempe ad illam Candelarum, et ad illam Palmarum, prout hodie in usu est; atque hoc Versiculo indicitur initium Processionis facienda: quo audito, Crux elevatur, et instruitur Processio juxta Ritum.

16 Porro non sine causa, Rubrica ponit verbum illud *Reformatum ad Missale*; nam qui scienter alio Missali, quam reformato utuntur, incurront peccatum mortale. Garcia de Benef. p. 3. c. 1. n. 156. Otiosa enim nulla debet esse syllaba in constitutionibus Apostolicis, Card. de Luc. de Off. vacan. f. 231. n. 35.

§. II. Praecedit Thuriferarius cum Thuribulo fumigante: deinde Subdiaconus paratus deferens Crucem, medius inter duos Acolythes cum Candelabris, et Candelis accensis: sequitur Clerus per ordinem, ultimo celebrans cum Diacono a sinistris, omnes cum Candelis accensis in manibus: et cantantur Antiphonae sequentes: *Adorna, etc.*

17 18 19 Omnes isti ritus explicantur a Gavanto, loco supradicto, Castaldus vero loc. cit. num. 4. nonnulla addit in Rituall non notata; nempe quod Subdiaconus deferens Crucem, debet habere Planetam plicatam: et Clerici superpelliceis induiti procedere debent bini bini per ordinem, primo juniores, deinde seniores, cereos ardentes in manibus gestantes: ita ut qui a dextris, dextera; qui vero a sinistris, sinistra Candela deferant. Ultimus omnium sit Sacerdos celebrans cum Pluviali violaceo: et si plures haberi possint Ministri, erunt Diaconus, et alter Subdiaconus, planetis plicatis, illi ministrantes; quamvis Gavantus l. cit. huic Subdiaconi replicationi satis rationa-

biliter aduersetur, eo quia sufficit Diaconus ad ea quae sunt per Sacerdotem facienda: Ultra quam quod etiam in Processionibus, ubi Subdiaconus Crucem defert, non duplicatur, sed Sacerdos cum solo Diacono exequias persolvit, nec datur casus in quo Ministri praecipui Altaris duplicantur sub eodem ministerio.

20 Versiculi, et Antiphonae adhibendae in hac Processione desumuntur ex pluribus Evangelii locis, et alternativam cantantur; imo si longa fuerit Processio, repetuntur. Interim vero pulsari Campanas praecipit idem Castald. l. c. ob solemnem functionem, quae in Ecclesia agitur.

§. III. Et ingrediendo Ecclesiam cantatur: *Obtulerunt, etc.*

21 Processio haec si fieri potest, egredi debet per Portam lateralem, et minorem, ut ingrediatur per majorem: rationabilior enim in hoc casu est ingressus in Ecclesiam, quam egreditus ob adimplementum Mysterii quod significatur, nempe iter Mariae Virginis ad Templum.

§. IV. Finita Processione, Celebrans, et Ministri, depositis violaceis, accipiunt paramenta alba pro Missa. Et Candelae tenentur in manibus accensae, dum legitur Evangelium, et iterum ad elevationem Sacramenti usque ad Communionem.

Vide quae adnotavit Gavantus, et Castaldus locis citatis.



quoque inter Rubricas Missalis Romani locum habeat, non ex-  
cessit tantus Author a provincia sua, si illam explicationibus  
illustravit. Gretsérus quoque, Quartus, et Castaldus multa  
superaddidere a Gavanto non notata: quare mihi pauca rema-  
nent dicenda: sed quia Ritualis Romani ordo hoc postulat, ea  
tantummodo dicam, quae ad rectam hujus Processionis praxim  
inservient.

2 3 4 5 Tum Benedictio, tum Distributio, tum Proces-  
sio Palmarum, de juribus Parochialibus est: ita Ricc. p. 4. *Re-  
sol.* 307. et S. C. R. in una alatrina 5. *Martii* 1633, Dux, de  
juribus Parochialibus, quando tamen eam facere renuat Epis-  
copus, cui primo competit Benedictio Palmarum, Cinerum,  
etc. Absente vero Episcopo, pertinent istae Benedictiones,  
et subsequenter Processiones ad primam dignitatem illius Ec-  
clesiae, ut punctualiter habemus resolutum a S. R. C. in una  
*Pisauren.* 21 *Martii* 1609. Gavant. *Man. Ep. Verb. Functio-  
nes Epiocopales.* Et fit quotannis in toto Christiano Orbe, in  
die Dominico proximo Paschati, in Quadragesima, ob memo-  
riam celeberrimae illius Processionis initiae a Christo cum suis  
Apostolis ante Passionem, cui Hierosolymam ascendendi occur-  
rerunt Turbae cum Ramis, Palmarum, et Olivarum clamantes:  
*Hosanna Filio David,* Isidor. l. 1. de *Ecl. off.* Durant. Rupert.  
Abb, aliique interpretes, et fusius S. Ambros. ser. 45. de tem-  
pore.

6 Ejus institutio antiquissimae originis est, ut meminit Al-  
cuin. *de divin. Off.* Hugo de S. Victore *lect.* 4. c. *eruditio-  
num Theologicarum,* cap. 14. Durant. *lib.* 2. cap. 10. num. 4.  
atque alii a Quarto allegati in *Tractatu de Processionibus.*

7 8 9 10 Palmarum, et Olivarum Rami adhibentur non  
tantum ob eorum mysticas significationes, sed ut Evangelii ha-  
beatur ratio: ibi enim Historia hujus processionis describitur,  
et de Palmis, atque Olivis plane fit mentio. Insuper hae Plan-  
tae perpetuae viriditatis sunt, et hieme quoque frondescunt,  
atque ideo facile colligi, et adhiberi possunt. Si vero tum Ol-  
ivarum, tum Palmarum talis esset penuria, ut rami haberri non  
possent, quaestio est, an quarumcumque aliarum Arborum ra-  
mi ad id eligere permisum sit dummodo florescerent? Ergo,  
semper meliori judicio, opinor in hoc casu valere posse ramos  
Laurinos, vel ex Quercu, seu alia Planta triumphali, quibus  
antiqui utebantur in triumphis, ut videre est apud plures Ro-  
manarum rerum Scriptores, et praesertim apud Aycquium de  
*Capitolio Romano,* et Panvim. *de Triumph. et de ludis Cir-  
cens.* Ratio meae opinionis est, quia haec Processio fit in me-  
moriā triumphalis ingressus Christi in Hierusalem; et Pal-  
mae atque Olivae adhibentur, eo quia sunt Plantae triunpha-  
les. Nec enim ita stricte interpretanda est vox illa *Palma-  
rum, seu Olivarum,* ut alii quoque rami sterni, et parari ne-

## DE PROCESSIONE

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS  
IN DIE PALMARUM.

### TITULUS TERTIUS.

#### SUMMARIUM.

- 1 Gavantus multa de hac Processione scripsit, et omnes excellit.
- 2 Processio Palmarum de juribus Parochialibus est.
- 3 Episcopo competit benedicere Palmas, cineres, etc.
- 4 Post Episcopum competit primae dignitati.
- 5 Quare fiat haec processio in Dominica ultima Quadragesimae?
- 6 Ejus origo antiquissima.
- 7 Palmæ, et Olivæ cur adhibeantur?
- 8 Deficientibus Palmis, et Olivis, quinam Rami benedici possint.
- 9 Processio haec est triumphalis.
- 10 Sterni possunt alii Rami plantarum diversarum.
- 11 Benedictio, et distributio Palmarum non cadunt in Processione.
- 12 Processio haec incipit a Versiculo: *Procedamus in Pace.*
- 13 Ordo hujus Processionis.
- 14 Veste adhibenda in hac Processione.
- 15 Violaceus color convenit in luctu.
- 16 Crux velata esse debet, et habere Palmam alligatum.
- 17 Antiphonæ, et Versiculi unde desumantur?
- 18 Processio a quo latere incipiat?
- 19 Quod Cantores ingrediantur Templum?
- 20 Author Carmiñum, quae hac occasione cantantur.
- 21 Percussio cum Cruce qualiter fiat, et cur?
- 22 Magistro Caeremoniarum incumbit expeditio hujus cantus.
- 23 Percussio cum hastili Crucis, una esse debet.
- 24 Ingressus fit eodem ordine, quo egressus.
- 25 Crux quando deponenda a Subdiacono?
- 26 Rami oīm gestabantur ad totam Missam.
- 27 Hodie ad solam Passionem gestantur.
- 28 Usus, et conservatio horum Ramorum.
- 29 Percussio cum Ramo Palmae apud aliquos fit supra dorsum.

1 Gavantus diligentissimus, et doctissimus Rubricarum Missalis, et Breviarii interpres, multa, et quidem notabilia re-  
censuit super hac Processione, eo quia cum haec processio

queant. Authores enim clare loquuntur, et amplificant hanc Ramorum diversitatem, aliis Arboribus hunc honorem tribuendo. Ita Card. Valer. *Thesaur. Piar. Insti. part. 2. § de Palmar, ramis;* haec habet: *Ecclesia Catholica hanc servat, ex antiquis temporibus, consuetudinem, ut Dominica die, quae proxime festivitatem Paschae praecedit, Palmarum, Olivarum (nota) similiumque Arborum ramos solemnibus Precibus benedicat.* Verum non per hoc, quod Celebrans ante se non habeat Ramos Palmarum, seu Olivarum benedicendos, sed Ramos aliarum Arborum, immutandum est nomen Olivarum, et Palmarum in nomen v. gr. Quercus, Laurus val aliarum Plantarum, sed retinenda sunt nomina a Ritu praescripta, quae hoc loco habentur tanquam generica. Eo modo quo in ser. VI. in Parasceve dicitur semper *Ecce Lignum Crucis,* quamvis Crux sit argentea. Bisso, Hierurg. Tom. I, V. *Benedictio Palm,* n. 87. § 7.

§. I. In Dominica Palmarum, facta benedictione, et distributione Palmarum, seu Olivarum, post ultimam Orationem, *Omnipotens, etc.* fit processio: ac primum Celebrans imponit incensum in thuribulum, et Diaconus vertens se ad Populum dicit: *Procedamus in pace.* et Chorus respondeat: *In nomine Christi, Amen.*

11 Benedictio, et distributio Palmar, non cadit in Procesione, sed ante illam: ideoque de his nihil in nostris Commentariis, eo quia satis super illas dixit Gavantus exponendo Rubr. Missal, Romani.

12 Processio igitur initium habet a Proclamatione *Procedamus in Pace,* de qua in antecedenti Titulo satis diximus, n. 13.

§. II. Praecedit Thuriferarius cum Thuribulo fumigante; Deinde Subdiaconus paratur, deferens Crucem, medius inter duos Acolythos cum Candelabris, et Candelis accensis: Sequitur Clerus per ordinem: Ultimo Celebrans cum Diacono a sinistris, omnes cum ramis in manibus, et cantantur sequentes Antiphonae, vel omnes, vel aliquae, quousque durat Processio.

13 14 15 16 Nonnulla adverti debent in hoc ordine Processionis. Primo Subdiaconus debet esse induitus amictu, alba, cingulo, manipulo, et planeta plicata coloris violacei: iste color enim, ut alias diximus, est luctui conveniens. Crux debet esse violaceo velo cooperta, et in summitate, habere debet Palmam, seu Ramuscum Olivae alligatum, quae Palma remanet pro Sacrista. Clerus procedit per ordinem cum ramis in manibus: qui a dextris est, in dextera: qui a sinistris, in sinistra deferat ramum suum: ita et Celebrans cum Diacono, ultimo loco positi. Haec et alia docet Castald. lib. 3. sect. 4. cap. 4. per totum. Mysteria exponit Gavant. et Quart. locis citatis.

17 Antiphonae versiculis distributae ad comoditatem, deumptae sunt ex Evangelio S. Matthaei, et continent totam historiam Christi Hierosolymam ascendentis.

§. III. In reversione Processionis, duo, vel quatuor Cantores intrant in Ecclesiam, et clauso ostio, stantes versa facie ad Processionem, incipiunt *V. Gloria, Laus, etc.* Et decantant duos primos versus. Sacerdos vero cum aliis extra Ecclesiam repetit eosdem. Deinde qui sunt intus, cantant Versus sequentes, vel omnes, vel partem, prout videbitur: Et qui sunt extra, ad quoslibet duos Versus respondeant, *Gloria, Laus, etc.* sicut a principio.

18 19 Processio incipit a latere Epistolae, et per illud latum procedit extra portam majorem Ecclesiae, non vero lateralem, Castald, dict. l. num. 6. et tota exit, nullo ex Clero remanente intus, prout perperam ab aliquibus fieri solet. Egressa tota processione, revertitur per gyrum ad eamdem Portam, et eam intrant vel duo, vel quatuor Cantores; non vero unus, neque tres, ut contra nostrum Rituale asserit Sacerdotale Brixenense dist. 10. cap. 4. quia nec primus de per se, neque alii faciunt chorum, uno tantum correspondentem. Clauditur ostium per Clericum ostiarum, non vero per Cantores, et multo minus per Sacerdotem. Cluso ostio, Subdiaconus deferens Crucem, sistit se ante fores Ecclesiae, medius inter coroferarios. Interim Cantores intus cantant duos primos Versus assignatos, nempe exametrum, et pentametrum.

20 Isti Versus duodecim sunt, et eorum Author habetur quidam Episcopus Aurelianensis, de carcere idcirco liberatus. Baron. Ann. 853. Circa numerum horum Versuum, Rubrica

Com. t. III.—P. 5.

ad libitum praescribit, ut vel cantentur omnes, vel aliquot tantum prout videbitur, et commode fieri poterit: non video, cur obtruncari debeat tam pius ordo metricus, nisi tempus pluvium, vel ita gelidum sit, ut nisi cum magno incommodo Cle- vium, ad valeat absolvare, prout in Rituali cum suis notis Grog- rianis descriptum habemus.

§. IV. Postea Subdiaconus, hastili Crucis, percudit portam, qua statim aperta, Processio intrat Ecclesiam, can- tando Responsorium *Ingrediente, etc.*

21 22 23 Ista percussio quamvis suum mysterium fortasse habere possit tamen vere et realiter fit, ut qui in Ecclesia sunt, audiant; et Ostiarius aperiat, ex quo Rubrica ponit libertatem canendi vel aliquos, vel omnes illos Versus. Ad nutum igitur Magistri Caeremoniarum (cui incumbit in hoc casu expeditio hujus cantus) debet Subdiaconus percutere leviter, et semel Portam, non autem bis, vel ter; nisi tan levis esset percussio prima, ut a Cantoribus in Ecclesia existentibus non audiatur, atque ideo non esset promptus Ostiarius ad aperiendum.

24 Eodem ordine intrat, quo egressa est Processio, et Can- tores ad locum suum cum aliis redeunt, ut simul canant Res- ponsorium; *Ingrediente Domino, etc.*

§. V. Deinde dicitur Missa, et Rami tenentur in mani- bus, dum cantatur Passio et Evangelium tantum.

25 Interim Subdiaconus deponit Crucem prope Creden- tiam, si Missa sequatur solemnis, Gavant. *ibid.*

26 27 Rami olim ad totam Missam gestabantur, ut in Or- dine Romano, sed redacta fuit haec gestatio ad Passionem, ut dum ignominia Crucis narratur, ejusdem victoria per ramos ostendatur, Gavant. *d. l. n. 18.* Idem facit Sacerdos Cele- brans, et Ministri.

28 Praeterea, ex mente Ecclesiae, gestantur, et servantur devoto animo isti Rami, aut ad usum pium adhibentur: ipso enim facto, Christum Dominum precamur, ut per Passionem, et mortem suam, qua Daemonem superavit, et fregit, et per misericordiam suam immensam, qua hoc sine ullis nostris me- ritis egit, Daemonem, omnemque adversitatem a nobis, et ab

aedibus nostris pellat: ne vel aeris tempestate, vel alio incommodo quacumque nobis noceat: quin potius Dei dextera nos protegat; et non solum corpora a malis tueantur, sed Animae quoque gratiam suam infundant; ut multis virtutibus ornati, et binis operibus florentes, Christi vestigia sequamur: hostes nostros omnes visibles, et invisibles superemus, et ad gaudia coelestis Hierusalem ab Angelis cum triunpho introducamur: prout insinuat Card. Valerius in *Thesaur. piar. instit. pag 249.*

29 In Sacerdotali Brixinensi toties a me allegato, eo quia super omnes Rituales libros, hic unus Rituali nostro Romano in multis, et quidem plurimis consentit, adest Ritus, et Caere- monia trinae percussionis cum Ramo Palmae supra dorsum celebrantis, in faciem versus Imaginem postrati dummodo Sa- cerdotes haec praestent: Sed haec caeremonia fit a scholaribus tantum, et nimiam simplicitatem redolet, eoque magis, quia innititur verbis illis, *Matth. 26. Percutiam Pastorem, et dis- persentur oves, etc.* quae illo tempore cantantur post Antiphonam *Occurrunt Turbae.* Vide dictum Sacerdotale, *distinct. 10. cap. 4. in fine.*

- 34 Tonus Litaniarum qualis esse debeat?  
35 Novus Tonus introducere non videtur decens.  
36 Processio inchoatur in nomine B. Mariae Virginis.  
37 Quare post nomen B. Mariae Virginis omnes surgant?  
38 Quare Cultus Hyperduliae conveniat B. Mariae Virgini.  
39 Psalmi cantari possunt in itinere post Litanias.  
40 Quinam Psalmi cantari debeat?  
41 Cantica, et Hymni non adhibendi in Processionibus Poenitentialibus.  
42 Unaquaque Processio habet suos psalmos, et Canticum.  
43 Mos divertendi ad Ecclesias sublatus.  
44 Si fiat ista diversio, quae servanda sint?  
45 Campanae Ecclesiae, apud quam transit Processio, pulsandae.  
46 Nomen Sancti Titularis num invocandum.  
47 Antiphonae Sanctorum Titularium canendae.  
48 Quare fiat Processio in die S. Marci Evangelistae?  
49 Si Ecclesia, seu Altera Sancti Marci adsit, visitari debet.  
50 Si non adsit, Ecclesia visitanda erit ad libitum.  
51 Cantatur Missa de S. Marco, vel de Rogationibus.  
52 Processio terminatur cum consuetis precibus.  
53 Rogationum origo.  
54 Rogationum significatio.  
55 Vocantur Triduanae.  
56 Quando institutae.  
57 Qua de causa introductae in Ecclesia Dei?  
58 Verisimilior ratio.  
59 Dicuntur Processiones Arbales.  
60 Viae, per quas duci debet Processio, destinande a parocho.  
61 Viae respicere debent ad varios Ventos.  
62 Magistri Caeremoniarum solent illas destinare.  
63 Episcopus potest mutare, et assignare vias.  
64 Regulares recusare non possunt recipiendi hanc Processionem.

1 2 Ordo iste non tantum praescribitur servandus in Litanis majoribus, in die S. Marci Evangelistae, et in Minoribus Rogationum, sed in quacumque alia Processione, quae fiat ad impetrandam Dei opem, et pro aliqua publica necessitate: atque ideo ponitur in hoc loco tamquam Regule universalis tendenda in quibuscumque similibus Processionibus, quae tamen non omnes incipiunt a Litanis, vel Litanias habent in corpore. Igitur Regulæ hic praescriptæ, atque infra explicandæ erunt advertendæ, et præ manibus habendæ quocumque tempore detur casus, ut aliqua ex similibus Processionibus ducatur tum in Civitatibus, tum in Ecclesiis Dioecesanis.

3 Litania graeca vox est, et supplicationis significat, seu Preces, vel Rogationes, non qualescumque, sed serias, devotas et frequentes, ut cum Quart. de Litanis, punct. 1, num. 223. tradunt Suarez, T. 2. de Relig. lib. 3. de Orat. vocal. cap. 9. Lezana, Serrarius, Justinianus, et alii.

De illarum antiquitate varie sentiunt Authores. Nonnulli asserunt, primum Litaniarum Authorem fuisse S. Gregorium Magnum Summum Pontificem, viventem anno Christi 600. sed antiquioris originis eas facit Baronius in not. ad Martirolog. sub die 25. Aprilis, Suarez, et alii cum Quart. punct. 4. num.

ORDO SERVANDUS

IN LITANARUM MAJORUM PROCESSIONE.

QUAE IN FESTO SANCTI MARCI CELEBRATUR.

TITULUS QUARTUS.

SUMMARIUM.

- 1 Ordo iste est universalis pro cunctis Processionibus.  
2 Non omnes Processiones habent Litanias.  
3 Litania quid significet?  
4 Litaniarum, seu Rogationum antiquitas.  
5 S. Gregorius eas ampliavit.  
6 Apostoli fuerunt illarum Authores.  
7 Sanctus Joseph in Litanis introductus.  
8 Versiculus A flagello Terrae motus insertus in Litanis.  
9 Nihil addi potest Litanis a Summis Pontificibus approbatis.  
10 Praeter Litanias majores, aliae sunt B. Mariae Virginis Lauretanae.  
11 Litaniarum nomen duplex.  
12 Aliae vocantur majores.  
13 Aliae vocantur minores.  
14 Juxta majorem, vel minorem solemnitatem.  
15 Opinio Macri circa Litanias majores, et minores.  
16 Litania dicitur septiformis.  
17 Quare in die S. Marci cantetur Litania major?  
18 Litaniæ majores, si in die Paschæ occurrant, transferendæ.  
19 Alia opinio Fr. Macri circa hoc.  
20 Majores possunt dici Litaniæ respectu minorum.  
21 Processio haec fit pro Universo Fidei Populo.  
22 Finis, et significatio hujus Processionis.  
23 Hora hujus Processionis debet esse in mane.  
24 Hora semel electa mutari non potest.  
25 Congregari debet Populus in Ecclesia majori.  
26 Dispositio interna pro concurrentibus ad Processionem.  
27 Orandum ante Processionem.  
28 Veste adhibendæ in Processione.  
29 Veste Sacerdotales, et Clerici.  
30 Antiphona Exurge Domine, etc. a quo loco desumpta?  
31 Litaniarum initium cur cantetur genibus flexis?  
32 Quomodo Populus respondere debeat?  
33 Litaniæ repeti possunt, si iter longum sit.

235. qui illarum Authores vult Apostolos; esse tamen potest quod S. Gregorius illas ampliaverit, quod et fecerunt alii Pontifices, additis diversorum Sanctorum nominibus; atque ex hoc dictum sit, eundem S. Gregorium, illarum Authorem fuisse: sed aliud est unum opus creare, aliud est illud amplificare.

7 Istiusmodi ampliationis recentissimum exemplum habemus Summi Pontificis Benedicti Decimiertii, qui in actu Canonizationis diversorum Sanctorum de mense Decembri 1726. inseruit inter Litanias majores nomen *S. Joseph Sponsi B. Mariae Virginis*; illud post nomen S. Joannis Baptiste adnotando, ut ex Decreto in Urbe emanato a *S. R. C. Urbis, et Orbis sub die 19. Decembri 1726.* ad magis magisque augendum erga dictum Sanctum adeo debitam, et proficiam Fidelium devotionem neconon ad validissimum ejus Patrocinium, ampliato cultu, frequentius invocandum, et demerendum, anditis prius diversorum insignium Theologorum Votis de loco inter hierarchias Sanctorum illi dando, inter quae illud praevaluit, ut post Praecursorem Domini in utero Matris sanctificatum, prioritatem super caeteros haberet Sanctos, in Ecclesia Dei.

3 Similiter tempore Pap. Clementis XI. Roma a Terraemoto vaxata insertus fuit inter Litanias majores Versiculus: *A flagello Terraemotus*, post Versiculum: *Ab Ira tua, etc.*

Sed iste Versiculus *A Flagello Terraemotu* insertus in Litanis majoribus ad instantiam Clementis PP. XI. fuit temporarius, et ad illud tempus tantummodo accommodatus, in quo Roma a tali flagello vexabatur. Unde cum a S. C. Rituum non processerit, non erit in perpetuum recitandus. Ideoque perperam a Thypographis in nova Ritualis Romani editione tanquam perpetuo dicendus adnotatus fuit, quapropter ab impressis est expungendus, nec amplius recitandus; nisi in casu (quod absit) quo insaeviat hujusmodi flagellum.

9 10 Hinc advertendum est, quod Litanis a S. Pio V. reformatis non possunt absque licentia Sedis Apostolicae, alii Sancti, etiam titulares superaddi, juxta *Respons. S. R. C. ad Canonicos Regienses sub. die 22. Martii 1631.* Bellarmin. de *SS. Beatitudine*, cap. 10. Item Clemens VIII. prohibuit anno 1601. ne imprimeretur, neve in Ecclesia canerentur aliae Litaniae nisi consuetae de Sanctis, et de B. Maria, quae communiter *Lauretanae* dicuntur. Atque ideo, nescio qua ratione, hic Ferrariae a Venerab. Archiconfraternitate mortis, et Orationis recitentur quaedam antiquissimae Litaniae satis a consuetis diversae, dum associantur damnati ad Patibulum: in quibus Litanis enumerantur nonnulli Sancti satis extravagantes, prout *S. Dimas, Sancta Reparata, et alii.* Vere hic abusus indiget praecisa reformatione. Quod si stare nolint moderni constitutionibus antiquis. tamquam obsoletis, et ab usu remotis, saltem se submittant novissimis; habemus enim Constitu-

+ Vide decret. S. C. Rit. It. 11. de set. d. 1842.

tionem, et decretum adeo recens, ut adhuc per aures hominum resonare videatur; prout illud est nuper a Sacra Congregatio ne Indicis emanatum. approbatumque a laudato SS. Benedicto XIII. sub die 2. Septembri 1727, tenoris videlicet.

"Eadem Sacra Congregatio, auditio, quod variis in Oratoriis "et Ecclesiis publice recitentur aliquae Litaniae non approba- "tae in S. Rituum Congregatione, censuit innovari Decretum "in generali Congregatione S. Romanae, et Universalis Inqui- "sitionis, a Fel. Rec. Clemente VIII. editum anno 1601, vide- "licet..... Quoniam multi hoc tempore, privati etiam ho- "mines, praetextu alendae devotionis, novas quotidie Litanias "evulgant, ut jam prope innumerabiles formae Litaniarum "circunferantur; et in nonnullis ineptae sententiae, in aliis "quod gravius est) periculosae, et errorem sapientes invenia- "tur, SS. Clemens Papa VIII. pro sollicitudine sua pastorali "providere velens, ut Animarum devotio, Deique, ac Sancto- "rum invocatio, sine illius detrimenti Spiritualis periculo fovea- "tur, praecipit, et mandat, ut retentis antiquissimis, et commu- "nibus Litaniis, quae in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, "ac Ritualibus continentur, neconon Litaniis de Beata Virgine, "quae in Sacra Aede Lauretana decantari solent; quicumque "alias Litanias edere vel jam editis, in Ecclesiis, sive Oratoriis, "sive Processionibus, uti voluerint, eas ad Congregationem Sa- "cerorum Rituum recognoscendas, et si opus fuerit, corrigendas "mittere teneatur; neque sine licentia et approbatione praedic- "tae Congregationis, eas in publicum edere; aut publice reci- "tare praesumant, sub poenis (ultra peccatum) arbitrio Ordini- "narii, et Inquisitoris severe infligendis.

"Praesens Decretum factum fuit in Generali Congregatione "Sanctae Romanae, et Universalis Inquisitionis, habita in Pa- "latio Apostolico Quirinali, coram praedicto Sanetissimo D. "N. .... et Illustriss. ad Reverendiss. D. D. S. R. Eccl. Cardi- "nalibus, adversus haereticam pravitatem Generalibus Inquisi- "toribus, Oct. Id. Septembri Anno a Nativitate Domini nos- "tri Jesu Christi 160.

"Praedictum igitur Decretum, eadem Sacra Indicis Congre- "gatio, omnino observari mandat, et praecipit, praecipiendo "ulterius, ne typis mandentur aliquae Litaniae non approbatae "a Sacra Rituum Congregatione sub poenis in supradicto De- "creto, et Indice librorum prohibitiorum contentis, etc."

De origine Litaniarum B. Mariae Virginis et illarum praeci- "pue, quae in Sacra Aede Lauretana decantari solent, nihil certi habemus: Hoc unum notat Ciacon. Tom. 1. c. 489. ann. 687. Sergium I. Pontificem instituisse, ut Litaniae quotannis die Annunciationis S. Dei Genitricis dicerentur: quae iustitu- "tio ab eodem summo Pontifice ampliata fuit ad dies festos Na- "tivitatis, et Dormitionis ejusdem Virginis Mariae, ex allatis

ab Oldoino *in addit ad Ciacon. loc. cit.* atque hoc pro gratiarum actione ob grande beneficium a Deipata obtentum, quae ab illata enormi calumnia eundem liberavit. Quibus Litanis postmodum Ecclesia catholica identidem superaddidit nova, et diversa insignia Mariae Virginis attributa, donec tandem ad statum praesentem redactae fuerint, et a Pontificibus, sacrae Rituum Congregatione approbatae, ex allegata Constitutio, Clementis PP. VIII. Quocumque die istae Litaniae decantari possunt, et in quocumque loco, sed praesertim in sacra Aede Lauretana, in qua Verbum Caro per intemeratam Virginem factum est. Dies vero in Ecclesia praecipuus solet esse dies Sabbati ex S. Thoma *Opusc. 6. Servamus Christiani Sabbatum in venerationem Virginis gloriosae, in qua remansit tota fides tali die in morte Christi.* In qua aestimatione istae Litaniae a fidelibus habitae sint, quomodo cultae fuerint vide apud Hippolit. *Maraccium Heroid. Mariam.* Quid vero significant, et Animadversiones super illis doctissimi scripsit Joseph Migliorati Romae 1698. et Joannes Baptistas Zappata, *De Attributis Mariae Virginis* 1715. necnon Franc. Coster. et Jo de Comitibus, orig. Litan.

11 12 13 14 Duplex est nomen harum Litaniarum: aliae enim appellantur majores, aliae minores; et haec distinctio per diversos Scriptores habetur, juxta majorem, vel minorem solemnitatem, quae celebratur. ut notat Quart. *de Process. punct. 9. sect 2. et de Litanis, punct. 1. n. 224. in fine.*

15 16 Verum clariorem, et ubiorem Litaniarum historiam effert Macrius, et Frater ejus *in Hierolex.* Ibi dicitur, quod Litania major appellatur illa, quae fit in die S. Marci a S. Gregorio instituta, dum Romae grassabatur Pestis, quae Litania septiformis denominata fuerat. Septiformis autem dicta est, eo quia totius Urbis Populus a B. Gregorio in septem partes. Deum precaturas, dividebatur. Paulus Diacon. *de gest. Longeb. lib. 3.* Idem confirmatur ab eodem Gregorio *Epist. 34. Regist. lib. 11. ind. 6. ad Lucidum. Episc. Leotin.* A Gregorio Turonen. in ejus *Historia,* et a D. Antonino, tom. 2. tit. 12. cap. 3. *de S. Greg. Magno,* § 1.

17 Quae tamen Litania per plures dies continuata fuit ab eodem Pontifice Imaginem Sacram B. Maria Virginis deferente, usquaque in transitu per Hadriani Molem vocem Angelorum audiverit, *Regina Caeli, etc.* quibus ille respondit. *Ora pro nobis Deum, etc.* qui meruit deinde Angelum Dei videre supra eamdem molem, mittentem gladium in vaginam, ob signum cessationis irae Dei. Haec, et plura vide dicto loco; ubi praecipue notandum venit, quod prima Litania dicta major, in mense Septembris, imminentे pestis periculo, celebrata fuit; sed annua deinde pro acceptis beneficiis commemoratio in die S. Marci instituta fuit, quemadmodum usque ad praesens per

Universalem Ecclesiam observatur, atque *ex Aquisgranaten. Concilio II. colligitur, ubi sic. in Canone 10. habetur: Ut Litania major, more Romano, ab omnibus in septimo Kal. Maji celebretur.*

18 19 Si vero Litaniae majores in die Paschae occurrerint, tunc ad diem tertium ejusdem octavae transferri mandavit S. R. C. sub. die 25. *Septembris.* 1627. ut Fideles frequentius intervenirent, cum sit dies Festus, ac Missa de Rogationibus dicatur absque Commemoratione Octavae in Paramentis Violaceis, Gavant, p. 4. tit. 11. Macri *Hierolex. verb. Litaniae,* apud quos alia habetur circa has Litanias majores interpretatione; Frater Macrii putat, quod Litaniae ideo majores dicantur, quia ad S. Mariam Majorem in Urbe processionaliter progressit: minores vero, quia ad S. Mariam Minorem Processio dirigitur; sed monemur per Baron. *in not. ad Martyrolog. 25. Aprilis,* quod majores etiam Litaniae vocabantur tunc quando ad S. Petrum dirigebantur processiones tempore S. Gregorii Papae, quod confirmat Gavant. *loc. cit. n. 7. inquiens: Quas (Litanias) instituit S Gregorius Papa non simpliciter, sed ad S. Petrum.*

20 Memini, me de Psalmis poenitentialibus loquendo, e de subsequentiis Litanis, dixisse, istas etiam Litanias majores nuncupari potuisse respective ad Litanias breves, et minores, quae recitantur in commendatione Animaе, quae pariter antiquissimae originis sunt: sed non perinde sequitur, quod aliae quae decantantur in Rogationibus ex hoc nominari debant minores.

§. I. Clerus et Populus hora statuta, mane in Ecclesia congregati, omnes contrito, et humili corde Deum, flexis genibus, paulisper precentur.

21 22 Non pro solo Clero sicut haec Processio, sed pro Universo fidei populo ex ejus origine; nempe quando Pestis saeviebat, ut diximus, nec ulli Ordini gladius irae Dei ignoscet. Propterea Clerus cum populo invitari debet ad concurrendum, ut per invocationem Dei, et Sanctorum ejus desiderata nobis Divinae propitiationis abundantia facilius, et efficacius impetretur.

23 24 Hora debet esse in mane, et quidem diluculo, respective ad longitudinem itineris faciendi, et ut Missa celebrari possit opportuno tempore: quae hora semel electa pro facienda Processione, mutari non potest, ut secundo Clementi-

Com. t. III.—P. 6.

nam notant DD. adducti a Pignatell. *Cons.* 563. n. 6. T. 6. et Matthaeucc. *Off. Cur. Eccl.* c. 40. n. 9. et seqq.

25 Ecclesia, in qua congregari debet Clerus, et populus, debet esse major, nempe in Civitatibus Cathedralis, in Pagis vero, et Oppidis Parochialis; quia, ut alibi diximus, haec Processio est de juribus Parochialibus.

26 De dispositione vero Animae a Rituali praescripta in concurrentibus ad Processionem istam, illud praestat, ut quisque humili, et contrito corde sit: si enim placare Deum intendimus, et a novis iram suam avertere, opus est, ut cordis compunctione prius efficiamur digni ad istas gratias impetrandas, *Quar. d. pu. 5. n. 236.*

27 Ante Litanias, et Processionem imponit noster Textus, ut quisque flexis genibus paulisper oret, et Deum deprecetur: quod de raro factum fuisse vidi in tot Processionibus, quibus interfui. Itaque munera sui onus adimplerent Magistri Sacrarum Caeremoniarum, si priusquam Litaniae, et Processiones inchoentur, publicam precem indisserent, sub silentio tamen, et absque strepitu, ut sic statuto Rubricae obtemperarent, qui Processionibus laudabiliter interesse cupiunt: nam rationabiliter ista Oratio praeparatoria instituta est, ut sic per humilitatis actum, genuflectendo, et Deum deprecando, facilius ea, quae in Litanis, et Precibus petimus, consequamur. Sursum igitur corda hominum elevanda sunt per istam brevem Orationem, quae etiam inservit ad componendum animum, illumque a vanis Saeculi cogitationibus abstrahendum, ut in Processione solum Deum cogitemus, et Animarum nostrarum indigentiam.

§. II. Sacerdos pluviali, cum Ministris, vel saltem superpelliceo, et stola violacei coloris sit indutus: cuius coloris habitu in reliquis Processionibus semper utatur, praeterquam in Processionibus Corporis Christi, et quae fiunt solemnibus diebus, vel in gratiarum actionem; quibus diebus utitur colore propriae solemnitati congruenti. Caeteri vero Sacerdotes, et Clerici superpelliceis induti, sequentem Antiphonam stantes concinant: *Exurge. etc.*

28 De Vestibus, et earum coloribus jam dictum fuit in Prooemiali explicatione Tituli de Processionibus, et dicemus in subsequentibus Processionibus, in quibus specialis erit mentione illis, tam si Processiones solemniter fiant, quam si privatim intra Ecclesias.

29 30 Prior vestiendi modus in Rubrica assignatus, convenit tantum Sacerdotibus, et Celebrantibus, qui in Processionibus tamquam summi Ministri, et Duces habentur. Vestitus vero Cleri, et aliorum, Processionem componentium, debet esse juxta ordinem, et gradum ejuscumque, prout in Processionibus invaluit. Antiphona: *Exurge Domine, etc.* desumpta est ab ultimo Versiculo Psalmi 43. in ordine Psalterii Davidici, mutato verbo *Redime, in Libera.*

§. III. Deinde genuflectant omnes, et duo Clerici ante Altare majus genuflexi, devote Litanias cantare incipient, caeteris eadem voce respondentibus.

31 Cum Litaniae, ut dictum est, sint Preces, et supplications, decet, ut earum initium saltem cantetur genibus flexis; iste enim est actus suplicantis, ut ilibi dictum fuit. Ultra quam quod primae supplications, seu invocationes cum ad Deum Unum et Trinum, sive sub nomine totius Sanctissimae Trinitatis, sive sub nomine Personarum, dirigantur, ut ea, qua par est, veneratione ordinentur, nonnisi laudabile censeri debet. Super hoc Litarianarum initio redarguuntur Catholici ab Haereticis, variis argumentis, quibus doctissime respondet Quart. de *Litan.* punct. 6. num. 238. ad 270. per tot.

32 33 Dum dicit Rubrica, quod *caeteri eadem voce respondeant*, per ly *respondeant* non intelligit, ut caeteri repeatant id, quod cantatur a Clericis, seu Macionariis Cantoribus, ut aliqui faciunt, semper eodem modo quo in Litanis Sabbati Sancti: nam Rubrica Sabbati Sancti praecipit, ut *Chorus idem simul respondeat*: ut videre est in Missali Romano: nunc vero dicit simpliciter, *respondeant*, nempe invocationi complementum dent per verba *Ora pro nobis*, et alia notata. Nec refert si *longitudo* itineris faciendi, totas Litanias ab uno tantum Choro recitatas, absorbeat; nam post Litanias suppleri potest per Psalmos assignatos, seu repeti possunt eadem Litaniae, ut *infra* in §. 5. Rubrica praescribit.

34 Quo vero ad Tonum Litarianarum, tum Missale, tum Rituale illum assignat Gregoriano more: nec laudabile esse judico novos Tonos introducere, cum ille unice sit ab Ecclesia approbatus.

§. IV. Cum autem cantatum erit: *Sancta Maria, ora pro nobis*, surgunt omnes et ordinatim procedunt, egredientes, Litaniasque prosequentes, praecedente Cruce, et se-

quente Clero, ultimo loco Sacerdos paratus, ut supra dictum est, cum Ministris, prout res, vel locus postulet, Sacris vestibus indutis.

35 36 37 38 In nomine Sanctissimae Trinitatis inchoatae sunt supplications: In nomine Santissimae Virginis Mariae inchoatur Processio, et surgunt omnes, ejus nomine invocato, quia jam venerabiliora Mysteria transierunt, imo praecipua in Unitate, et Trinitate Dei, et ejus Incarnatione in Utro Virginis Mariae: quae mysteria adoratione Latriae, quoad Deum, et Hyperduliae quoad Virginem Matrem coli debent; quia Virgo cum piae caeteris creaturis puris, meritis, et dignitate superemineat, ideo singularis cultus, et praecipuum obsequium ei debetur: quapropter illa, ut diximus, invocata post Sanctissimam Trinitatem, non amplius Populus, neque Clerus, in actu adorationis stat genuflexus, sed surgit.

De egressu Processionis, deque Paramentis Ministrorum, et interessentium satis diximus in generali Titulo de Processionibus, ut supra.

§. V. Si Processio sit longior, vel repetantur Litaniae, vel Litaniis absolutis, usque ad Preces exclusive, dicantur aliqui Psalmi ex Poenitentialibus, seu Gradualibus. Hymni vero, vel Cantica laetitiae in iis, vel in Rogationibus, aut aliis poenitentiae causa institutis Processionibus, non dicantur.

39 Modo assignat Rubrica quid agendum sit, si expeditis, absolutisque Litaniis, pars adhuc itineris supponeret. Ad libitum Cantorum duo proponuntur, nempe vel Litaniarum repetitio, vel Psalmorum intonatio, modo Chorali: Processio enim vocatur Chorus ambulans, ex Ursaya d. T. 1. p. 2. d. 26. n. 38. et T. 3. p. 2. d. 24. n. 50. Quid vero in praxi magis secundum ducam, modo afferam.

40 Litanias repete, incipiendo a *Sancta Maria*, aliquid informe sapit, cum illas sine novo capite replicare, monstruoso sit: *A Kyrie eleison* incipere noviter, importat, ut denuo tota Processio genuflectatur, sed in via haec genuflexio non est de ritu, ergo praetermittendum est hoc initium. Ideoque satius ducere Psalms intonare, qui ad eundem finem diriguntur, et ad vel longi itineris spatium perficiendum sufficiunt. Istis Psalmis preferrem Poenitentiales primo, si Processio

esse supplicatoria pro Dei misericordia impetranda: si vero eset laeti, et jucundi argumenti, Graduales Psalms adhiberem, qui suaviora canunt.

41 42 Prorsus Cantica, et Hymni laetitiae abigendi sunt si Processio sit ob causam poenitentiale: esset enim hoc de tribulatione gaudere: secus vero si eset Processio ob laetitiam: tunc non incongruum eset canere *Magnificat etc. Benedictus, etc.* et similia Cantica, vel *Te Deum, etc.* vel *Hymnos gaudio plenos*; prout *Exultet Orbis, etc. Ave Maris Stella, etc.* concordarent enim ista omnia cum re, de qua Processio fieret. Sed unaqueque Processio habet suos Psalms, prout Rituale subministrat.

§. VI. Si ad unam, vel plures Ecclesias in via sit divertendum, ab ingressis Ecclesiam, intermissisque Litaniis, Vel Psalmis, cantatur Antiphona cum Versu, et Oratione Sancti Patroni illius Ecclesiae. Deinde egredientes, resumptis Precibus, eodem ordine procedunt, usque ad Ecclesiam, ubi cum Precibus, et Orationibus omnibus, Processio terminatur, ut in fine Breviarii Romani post Psalms Poenitentiales.

43 Mos iste, seu Ritus divertendi ad omnes Ecclesias, quae in viis sunt, per quas dicitur Processio, quamvis a Rituali nostro enuncietur, non tamen in omnibus Civitatibus observatur. Certe hic Ferreriae sublatu fuit a cl. m. Card. de Verme Episcopo, ob varia inconvenientia, quae in dies oriebantur; et praecipue quia cum multae Ecclesiae unicam tantummodo Portam habeant, deformitatem maximam gignebat ille ingressus, et regresus, uno, et eodem tempore Cleri, seu Confraternitatum ab illo eodem ostio, et propterea maximam ordinis, et ritus perturbationem oriri sibi visum fuit. Ulterius cum in unaquaque Ecclesia prescribatur a Rituali, ut decantari debeat Antiphona, et recitari Oratio de Sancto titulari, eveniebat, ut in fine, Processio aliquantulum sisteret, atque interim pars, quae antecedebat, solito passu procederet, atque ideo magna separatio, et disjunctio ordinum fieret.

44 45 Nihilominus quia haec diversio, a Rubrica nostra non prohibetur, contingere potest, et nonnulla, si fiat, advertenda sunt. Primo. Intra Ostium, per quod ingreditur Processio, esse debet unus Sacerdos superpelliceo, et stola (si sit Parochus) indutus a latere dextero ingredientium, cum aspersorio Aqua benedicta madido, quo asperget identidem ordines

introeuntes, ne divertant ad Aquam benedictam attingendam in Iila. Secundo. Parari debet genuflexorum ante Altare augustissimi Sacramenti, cum convenienti Tapete, et Pulvinaribus, ad hoc ut minister, seu Celebrans, cum Diacono, et Subdiacono, genuflecti valeant. Tertio. Ad idem Altare ardere debent cerei accensi in consueto numero in signum solemnitatis, et commemorationis Sancti titularis. Quarto demum, Campanae illius Ecclesiae, apud quam transerunt istae Processiones, pulsari debent eo tempore, Corsett. *de Process. tr. 1. p. 1. c. 18. n. 18.*

46 Mos est etiam, ut Ordines Ecclesiastici, et Confraternitates Processioni intervenientes, dum divertunt ad istas Ecclesias, ingressi omnino, invocent Nomen Sancti titularis illius Ecclesiae, prout fit in Litanis, intermitendo sive Psalmum, sive Litanias. Sed hoc illaudabile videtur, et incongruum, cum saepe, et facilime contingere possit, ut invocetur nomen aliquius Sancti extra ordinem suum hierニックum, sive in Litanis ab Ecclesia non introducti, quod esset contra decreta Pontificia, ut probavimus. Praeterea quandoque, et saepissimi datur (testis ego saepius de auditu fui) ut Confratriae linguam latinam prorsus ignorantes, nomen Sancti titularis exprimere non valeant latine, vel in easu vocativo, de more litaniarum; atque ita barbaras voces, et soloecismos promant, e quibus apud adstantes risus oriatur, qui tam Sanctae functiones pietatem destruat. Audivi enim egomet pluries: *Sancte Clemente, Sancte Alessie, et similia nomine; pro Sancte Clemens, Sancte Alexi, etc.*

47 Antiphonae cantandae in Ecclesiis, ad quas fit diversio cum Processionibus erunt desumptae ex communi Sanctorum, juxta ordinem Sancti titularis; Oratio vero non erit illa, quae in Missis eorumdem Sanctorum legitur, sed alia desumpta pariter vel a Communi, vel a Suffragiis, quae fiunt in Commemorationibus per annum, Castald. *d. l. 2. sect. 10. c. 7. n. 4.*

48 49 50 Sed quis finis, et quaenam meta Processionis in die S. Marci Evangelistae? Textus noster generice loquitur: *usque ad Ecclesiam, nullam prorsus statuens; sed dictum fuit supra ex Baronio in not. ad Martyrolog. sub die 25. Aprilis;* Processionem pro Litanis majoribus institutam fuisse a S. Gregorio Papa, *non simpliciter, sed ad S. Petrum.* Nihilominus consuetudo, et ratio postulat, ut si in illo loco adsit Ecclesia titularis S. Marci, vel saltem Altare in aliqua Ecclesia, ad hanc procedatur. Si vero non adsit neque Ecclesia, neque Altare dicti Sancti, pro libito Ordinarii, vel Parochi est, ad melius sibi visam Ecclesiam procedere; et in Processionibus ruralibus sufficit etiam Oratorium publicum secus viam; vel si neque hoc adsit, revertetur Processio ad Ecclesiam suam, et ibi Preces, et Orationes statutas persolbet. Ecclesia itaque,

vel Altare S. Marci, si adsint, visitantur ab hac Processione non ob aliud, nisi ob assignationem talis diei antiquitus factam, in qua cadit solemnitas dicti S. Evangelistae, ut diximus, num. 17. hujus Tituli cum Concilio II. Aquisgranatense: nec est aliud mysterium, seu alia interpretatio facienda circa tam Sanctum, nisi haec, nempe ut aliquo modo ista functio Ecclesiastica concordet cum solemnitate diei: alioquin in Civitatibus, seu Oppidis, aut Villis, quibus neque Ecclesia, neque Altare in honorem hujus Evangelistae erigitur, minime prorsus esset talis Processio facienda.

51 Circa Missam ibi canendam vel de S. Marco. vel de Rogationibus; vide Gavant. *p. 4. tit. 11. n. 9. Micrologium c. 58.*

52 Processio haec terminatur cum Precibus, et Orationibus, quae sequuntur post Litanias, ut in Psalmis Poenitentialibus; atque ita fit, ut nullus Ordo praetereatur in Coelis, qui suam supplicationem non habeat, favore postulantium.

#### §. VII. In Litanis minoribus Rogationum serventur omnia, ut supra in Litanis majoribus.

De Rogationibus, earum origine, et significatione modo loquendum est: cum nihil fere dicendum sit de earum ordine, et ritu quia uniformiter se habent ad Litanias maiores in festo S. Marci.

53 54 55 56 Rogationes itaque vocantur Litaniae minores, el triduanae, id est in triduo ante Ascensionem celebatae. Ista a S. Mamerto Biennae Allobrogum Episcopo, de anno 474 instituta fuerunt occasione Luporum illas Regiones infestantium, unde in aliquibus locis, solent portari Dracones, et Lupi super perticas, ad denotandam causam, quare instituta fuerint istae Processiones. Hanc originem tradit Albertus de Castello in suo *Sacerdotali:* Sed Baronius ad annum 475. n. 11. auctoritate Sidonii, ostendit, dictum S. Mamertum, ob Terraemotum, aliaque coelestia prodigia Rogationes renovasse. Quare antiquiorem originem, illas habere dicendum est. Alii Concilio Aurelianensi I. hanc institutionem tribuunt, alii Liborio Papae, alii Leoni III. Romano Pontifici ex Anastasio Bibliothecario, cuius verba sunt: *Hic constituit, ut tres dies, ante Dominicam Ascensionem Litaniae celebrarentur.*

57 58 Verum quidquid sit de Institutore, nemo dubitabit, Rogationes antiquissimae originis esse. Quam vero ob causam indictae fuerint, varii varia dicunt. Certe ad avertendas calamitates, quibus illo aevo afflictabantur Populi, institutae

fuerunt, ex S. Gregor. Turon. l. 2. *Histor. cap. 34.* Sidon. l. 7. epist. Ab Ecclesia universalis postea approbatae, et amplectatae fuerunt, illas continuando, ut Deus propitiaretur peccatis Populi sui, et ab eo flagella irae suae averteret; pacem, et aeris salubritatem concedere, et fructus dare, et conservare dignaretur.

58 59 Hae postrema ratio, opinor quod potior, et prima sit, ac pene dicam, unica, et universalis, propterea quod fiun tales Processiones Veris tempore, dum nempe omnia Arva florent, et in viridi sunt, ac primicias fructuum suorum Deo exhibendas promittunt. Hac de causa in Villis, et rusticinis Parochiis mos est agros circuire, eosque tali Processione per triduum lustrare, et benedicere, unde Processiones *Arvales*, seu *Ambarvales*, ab aliquibus appellantur, quarum meininit *Concilium Coloniense, cap. 8.* et *Prov. Mediol. tit. de Process. Quart. de Process. punct. 10. n. 95.*

60 61 Viae, per quas duci debent istae Processiones, in Villis destinari debent a Parochis, hac ratione, ut commodiores eligantur, et quae ad diversos fines perveniant: curandumque est, ut ad aliquod Oratorium, (si fieri potest) perducant, ubi persolvantur Preces, et Orationes. Ista Viae demum ad varios Ventos respicere debent in forma Crucis, si commode fieri possit intra fines Parochiae, ut quaque latere loci illius benedicantur.

62 In Civitatibus vero Sacrarum caeremoniarum Magistro incumbit, ex consuetudine, has vias assignare, periterque Ecclesias destinare, ad quas singulo die sistere debeat Processio Rogationum; et in hac distributione curare debet, ut ad varia latera Civitatis sitae sint, nec quocumque die, ad eamdem partem tendat processio.

63 Caeterum, generaliter loquendo, Episcopus omnem habet facultatem a jure determinandi, et mutandi vias, per quas Processiones transire debeant; praecipue juxta accidente causa, et rebus in eodem statu non permanentibus, Ursaya *discep. Ecl. T. 4. dist. 17. per tot.*

64 Regulares tandem, sicuti nec ulla alia Ecclesia, recusare non possunt recipiendi Processionem in sua Ecclesia (de Ecclesiis Monialium nulla mentio facienda est; quia istae destinari ad hoc non solent, variis de causis, et praecipue quia Chororum habent interiorum in Clausura) Eo die tamen non tenentur Processioni interesse isti Regulares, ut prompti sint ad ostium Ecclesiae pro recipienda Processione, ut pluries decrevit S. R. C.

## DE

# PROCESSIONE IN FESTO

SS. CORPORIS CHRISTI.

## TITULUS QUINTUS.

### SUMMARIUM.

- 1 Haec Processio appellatur Triumphalis.
- 2 Instituta fuit ab Urbano Papa IV.
- 3 Ampliata a Concilio Tridentino.
- 4 Est Processio omnium solemnissima.
- 5 Celebratur ipsomet die Corporis Christi.
- 6 Historia ejus Institutionis.
- 7 Ad illam Clerus tenetur intervenire.
- 8 Mos est faciendo illam etiam in die Octava.
- 9 Processio in die Octava potest fieri atque licentia Ordinarii.
- 10 Non debet fieri expensis Parochi, et Capituli.
- 11 Celebranda a Cathedrali ad Cathedralem.
- 12 In Villis facienda ab Ecclesia Parochiali.
- 13 Constitutio Clementis XI. Papae super hanc Processio nem.
- 14 Officium S. Corporis Christi compositum a S. Thoma Aquinate.
- 15 Leodienses primi celebrarunt hanc solemnitatem.
- 16 Pompa, et Apparatus debet esse caeteris distinctior.
- 17 Ecclesiae si non ornentur, saltim perpoliantur.
- 18 Flores, et herbae olentes sternendae in Templo, et per vias.
- 19 Altare ornandum lampadibus, et Candelis.
- 20 Circum Vias, profanitates arcenda.
- 21 Exploratores habendi a Magistro Caeremoniarum circa ornatus.
- 22 An Hebrei teneantur ornare Fenestras, et vias, cum pertransit Sacra Eu-  
charistia apud illas, vel per illas?
- 23 Res indecentes amovendae sunt.
- 24 Ritus ornandi vias in Civitate Brixinensi.
- 25 Hostia deferenda debet consecrari ea die.
- 26 Hostia consecrata debet esse aequalis illi, quae in Missa assumitur.
- 27 Reponenda a Sacerdote celebrante in ostensorio.
- 28 Tabernaculum idem est ac Ostensorium.
- 29 Appellatur etiam Monstrantia, Turris, Sphera, etc.
- 30 Ostensorii propria figura qualis esse debeat?
- 31 Ejus materia.

COM. T. III.—P. 7.

fuerunt, ex S. Gregor. Turon. l. 2. *Histor. cap. 34.* Sidon. l. 7. epist. Ab Ecclesia universalis postea approbatae, et amplectatae fuerunt, illas continuando, ut Deus propitiaretur peccatis Populi sui, et ab eo flagella irae suae averteret; pacem, et aeris salubritatem concedere, et fructus dare, et conservare dignaretur.

58 59 Hae postrema ratio, opinor quod potior, et prima sit, ac pene dicam, unica, et universalis, propterea quod fiun tales Processiones Veris tempore, dum nempe omnia Arva florent, et in viridi sunt, ac primicias fructuum suorum Deo exhibendas promittunt. Hac de causa in Villis, et rusticinis Parochiis mos est agros circuire, eosque tali Processione per triduum lustrare, et benedicere, unde Processiones *Arvales*, seu *Ambarvales*, ab aliquibus appellantur, quarum meininit *Concilium Coloniense, cap. 8.* et *Prov. Mediol. tit. de Process. Quart. de Process. punct. 10. n. 95.*

60 61 Viae, per quas duci debent istae Processiones, in Villis destinari debent a Parochis, hac ratione, ut commodiores eligantur, et quae ad diversos fines perveniant: curandumque est, ut ad aliquod Oratorium, (si fieri potest) perducant, ubi persolvantur Preces, et Orationes. Ista Viae demum ad varios Ventos respicere debent in forma Crucis, si commode fieri possit intra fines Parochiae, ut quaque latere loci illius benedicantur.

62 In Civitatibus vero Sacrarum caeremoniarum Magistro incumbit, ex consuetudine, has vias assignare, periterque Ecclesias destinare, ad quas singulo die sistere debeat Processio Rogationum; et in hac distributione curare debet, ut ad varia latera Civitatis sitae sint, nec quocumque die, ad eamdem partem tendat processio.

63 Caeterum, generaliter loquendo, Episcopus omnem habet facultatem a jure determinandi, et mutandi vias, per quas Processiones transire debeant; praecipue juxta accidente causa, et rebus in eodem statu non permanentibus, Ursaya *discep. Ecl. T. 4. dist. 17. per tot.*

64 Regulares tandem, sicuti nec ulla alia Ecclesia, recusare non possunt recipiendi Processionem in sua Ecclesia (de Ecclesiis Monialium nulla mentio facienda est; quia istae destinari ad hoc non solent, variis de causis, et praecipue quia Chororum habent interiorum in Clausura) Eo die tamen non tenentur Processioni interesse isti Regulares, ut prompti sint ad ostium Ecclesiae pro recipienda Processione, ut pluries decrevit S. R. C.

## DE

# PROCESSIONE IN FESTO

SS. CORPORIS CHRISTI.

## TITULUS QUINTUS.

### SUMMARIUM.

- 1 Haec Processio appellatur Triumphalis.
- 2 Instituta fuit ab Urbano Papa IV.
- 3 Ampliata a Concilio Tridentino.
- 4 Est Processio omnium solemnissima.
- 5 Celebratur ipsomet die Corporis Christi.
- 6 Historia ejus Institutionis.
- 7 Ad illam Clerus tenetur intervenire.
- 8 Mos est faciendo illam etiam in die Octava.
- 9 Processio in die Octava potest fieri atque licentia Ordinarii.
- 10 Non debet fieri expensis Parochi, et Capituli.
- 11 Celebranda a Cathedrali ad Cathedralem.
- 12 In Villis facienda ab Ecclesia Parochiali.
- 13 Constitutio Clementis XI. Papae super hanc Processio nem.
- 14 Officium S. Corporis Christi compositum a S. Thoma Aquinate.
- 15 Leodienses primi celebrarunt hanc solemnitatem.
- 16 Pompa, et Apparatus debet esse caeteris distinctior.
- 17 Ecclesiae si non ornentur, saltim perpoliantur.
- 18 Flores, et herbae olentes sternendae in Templo, et per vias.
- 19 Altare ornandum lampadibus, et Candelis.
- 20 Circum Vias, profanitates arcenda.
- 21 Exploratores habendi a Magistro Caeremoniarum circa ornatus.
- 22 An Hebrei teneantur ornare Fenestras, et vias, cum pertransit Sacra Eu-  
charistia apud illas, vel per illas?
- 23 Res indecentes amovendae sunt.
- 24 Ritus ornandi vias in Civitate Brixinensi.
- 25 Hostia deferenda debet consecrari ea die.
- 26 Hostia consecrata debet esse aequalis illi, quae in Missa assumitur.
- 27 Reponenda a Sacerdote celebrante in ostensorio.
- 28 Tabernaculum idem est ac Ostensorium.
- 29 Appellatur etiam Monstrantia, Turris, Sphera, etc.
- 30 Ostensorii propria figura qualis esse debeat?
- 31 Ejus materia.

COM. T. III.—P. 7.

- 32 Velatur d<sup>r</sup>m Missa perficitur.  
33 Vellum auferri debet, peracta Missa.  
34 Quinam Sacerdos deferre debeat Sacramentum in Processione?  
35 Vellum humerale qualiter esse debeat?  
36 Locus, ubi Sacerdos genuflectere debet.  
37 Umbella prompta esse debet.  
38 Umbella qualiter esse debeat?  
39 Ejus nomina varia.  
40 Thuribuli duo parari debent.  
41 Baldachini nulla mentio in Rubrica.  
42 Umbella est instrumentum subsidarium.  
43 Baldachinum quid sit? et alia circa illud.  
44 Hastae Baldachini nobilioribus tradendae.  
45 Hastae primo deferuntur ab Ecclesiasticis.  
46 Portatores hastarum gravi passu incedere debent.  
47 Sacerdos, et ministri alternatim Psalms recitare debent.  
48 Clerus debet continuo cantare.  
49 Campanae continuo pulsandae.  
50 Omnes nudo capite procedere debent.  
51 Birretum Clericale munu genendum.  
52 Pileolo non utendum in Missa.  
53 Exemplum Caroli V. Imperatoris.  
54 Comae fictitiae Clericis prohibitiae.  
55 Cerei ardere debent ab ultra parte Baldachini.  
56 Cerei expensis propriis deferentium providendi.  
57 Laternae quatuor accendi debent circa Sanctissimum.  
58 Hymni cantandi in hac Processione.  
59 Hymni emendati ab Urbano VIII. PP.  
60 Ad Vers. Tantum ergo etc. an genuflecti debeat.  
61 Ad vers. et Benedictio, etc. signari non debet frons.  
62 Ordines sister debent in Ecclesia, peracta Processione.  
63 Nec discedere, nisi data prius Benedictione.  
64 Sacramentum depонendum in manibus Diaconi.  
65 Gradus infimus Altaris diversimode ab Authoribus intelligitur.  
66 Cerei non extingendi, nisi post Benedictionem.  
67 Tantum ergo etc. a Musicis intonari debet.  
68 Quando debeat fieri haec intonatio?  
69 Musici interesse non deberent huic Processioni.  
70 Versiculus Panem de Coelo etc. a quo cantari debeat.  
71 Qui illum canunt, debent stare genuflexi.  
72 Alleluia post versiculum quando dici debeat.  
73 Dominus Vobiscum olim ante Orationem praeaccinebatur.  
74 Modo ex Decreto Saer. Rit. Cong. non dicitur.  
75 Oratio pro hac Processione praescripta unice recitanda.  
76 Sacerdos semel benedicere debet cum Sacramento.  
77 An in Ecclesie monialium. benedicenda sint Montales?  
78 Sacerdos nihil dicere debet cum benedicit.  
79 Forma Benedictionis praescripta.  
80 Signum Crucis quomodo cum Ostensorio faciendum?  
81 Diversitas occasionum hujus Processionis.  
82 Ritus in omnibus Processionibus Sanctissimi Sacramenti servandus.  
83 Via obumbrata magnae solemnitatis indicium.

1 Triunfalnis Procesio illa Sanctissimi Corporis Christi appellatur, Quart. de Proces. num. 97. eo quia triumphali more defertur per vias, Orbis Redempti Conditor, Salutis humanae Sator Rex Regum, Dominusque Dominantium, qui devicta morte, priusquam pateretur, in hoc Augustissimo Sacramento, humano Generi, futurae gloriae pignus reliquit.

2 3 Haec processio prima instituta fuit ab Urbano IV. Summo Pontifice circa annum 1262. eam confirmavit Clemens V. in Concilio Vienensi, anno 1311. novoque Decreto corroboravit Concilium Tridentinum, Sess. 13. cap. 5. his verbis: *Aequissimum est enim, Sacros aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes singulari, ac rara quadam significazione, gratos, et memores testentur animos erga communem Domini num pro tam ineffabili, et plane Divino beneficio, quo mortis ejus victoria, et triumphos repraesentatur.* Ecce unde ortum habuit nomen illud *Triumphale*, huic Processioni subinde impositum.

4 5 6 Estque omnium solemnissima, et celebratur in universali Ecclesia, feria quinta post Festum Sanctissime Trinitatis, peracta jam octava Pentecostes, ex ejusdem Urbani IV. institutione, in ipso festo Corporis Christi. In aliquibus vero locis per totam octavan ducitur ista Processio, cuius institutionis plenam historiam narrat Monacell. T. 2. tit. 13. num. 10. ex *Actis*, Bolland. T. 1. ad Mens. Aprilis. pag. 459. 462. 563. 477. recognit. et examinat. a S. R. C. sub. die 10. Junii. 1700.

7 Sed nonnisi ad illam, quae fit in dicta feria quinta, tenentur Clerus Saecularis, et Regularis hominum Ordinum, atque Piae sodalitatis convenire juxta Conc. Trid. d. l. sub poenit. Episcopo arbitrariis.

8 De processione in octava die nihil penitus in Rituali habetur: mos est tamen, et consuetudo omnium Ecclesiarum eam faciendi; sed minori circuitu, licet eodem ordine, vel in paucis immutato: Ex Sacerd. Brixinen. dist. 5. cap. 10. num. 20.

9 Advertendum est, quod ad solemniter faciendam hanc Processionem, extra claustra, in quacumque die, infra octavam Corporis Christi habent Regulares Privilegium, cum amplissimis derogatoriis a Grogorio XIII. Cons. Cum interdum num. 10. Ursaya T. 2. distinctis tamen horis, prout Innocentius Papa VII. disposuit, ex Mattheucc. de Off. Cur. c. 40. num. 9. quod Ursaya T. 2. p. 1. d. 14. intelligit posse fieri absque ulla Ordinarii, vel Parochi licentia, et post Vespertas, si in Cathedrali fiat in mane.

10 Sed loquendo de expositione, et Processione cum Eucharistia, facienda in Ecclesiis Cathedralibus, vel Parochialibus, infra octavam, et etiam in ipsa die octava, advertendum est, quod hae, de jure, facienda non sunt expensis Capituli, vel Parochi, quia sunt Processiones arbitriae; et ideo novum onus imponendum non est Ecclesiae, quae jam satisfecit Praecepto in die statuto, nempe feria quinta antecedenti, prout ex Decreto, seu responsa Visitationis Apostolicae, 24, Maji. 1712. refert Ursaya T. 1. p. 1. d. 16. num. 43. 44. 258.

11 12 Debet itaque haec processio initiari a Catedrali

seu Ecclesia Parochiali, Sel. in *Select. can. c. 11. num. 2.* ubi habetur ita decisum per *Sacr. R. C. in una Tuscanen.* 19. Aug. 1619. Magis enim decet, ut Solemnitas Corporis Christi celebretur in Cathedrali Ecclesia, quam in alia, ex eaque sumatur Sanctissimum Sacramentum, et in Processione per vias publicas circumferatur, et ad eandem Ecclesiam reportetur, sicut testatur resolutum fuisse Armendar. in *Addit. ad recop. legum Navarrai.* l. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de confitendo semel in anno, num. 8. Barbos. ad *Concil. Sess. 13. c. 5. num. 5.* Sed hoc intelligendum est, et in praxi ponendum in Civitatibus, ubi Cathedrales, seu Metropolitanae Ecclesiae adsunt. In Villis vero, et locis extra Urbes supplet Ecclesia Parochialis, et ab ea, ad eam fieri debet Processio.

13 Plura, quae ad rectum hujus Processionis ordinem influnt, sanctissime statuit in sua speciali instructione Clemens XI. Summus Pontifex, anno 1705. quae a Cardin. Carpino pubblicata a monacello per extensem refertur *T. 2. tit. 13.* et illius Summarium etiam insertum legitur in *Kalendario quodam perpetuo* Marci Antonii Fagioli Legiensis, pag. 378. et quamvis ista Institutio praecipue dirigatur ad rite exponendam Sanctissimam Eucharistiam per quadraginta horas: attamen nonnulla tradit ad Processionem spectantia, et ad Benedictionem, quae ad praesens argumentum hujus Tituli maxime faciunt; ideoque in subsequentibus Paragraphis erit locus desumendi a dicta Instructione nonnulla, huic materiae in praesentiarum convenientia.

Aliam quoque instructionem consimilem, sua tempestate Romae editam affert Gavant d. p. 4. tit. 12. n. 3. in fine; qui Author, multa etiam exponit de Ritu hujus Processionis e nostro Rituali desumpta, quoad minores Ecclesias; quia Ecclesiae maiores (quae personis in dignitate praecipue Episcopali constitutis inserviunt) modum hujus Processionis a Caeremoniali Episcoporum desumunt.

14 15 Officium SS. Corporis Cristi Autorem cognoscit S. Thomam Angelicum Doctorem, qui jussu Urbani Papae IV. illud compositum, et ab eo in praemium retulit columnam argenteam seu potius monile argenteum: ita ex Nauclero. et Genibard. refert Raguc. de *Missa*, qu. 109. n. 3. Barbos. in *Concil. esse.* 13. cap. 5. numer. 3. Gavant. d. p. 4. tit. 12. num. 2. et testatur ipse S. Thomas in *Opusculo* 57. Quam solemnitatem primi in Orbe Catholicō celebrarunt Loedienses, ut refert Ezovius anno 1230. nu. 16. et alii.

§. I. Decenter ornentur Ecclesiae, et parietes viarum, per quas est transeundum, tapetibus, et aulaeis, et Sacris

Imaginibus, non autem profanis, aut vanis figuris, seu indignis ornamentis.

16 Cum ex dictis. Processio haec sit super alias omnes solemnior, distinctior quoque esse debet ejus pompa, et apparatus; nam ornatus major ostendit majorem Rei dignitatem, ut in *cap. Apostolicae, de privil.* in. 6.

17 18 19 De Ecclesiae itaque apparatu, primo dicendum est, et intelligi debet de Ecclesia, in qua incipit, et finem habet Processio. Iste decens ornatus nec assignari, nec limitari potest, cum saepe a facultatibus Ecclesiae, saepius a pietate Fidelium derivare possit; ideoque ad mensuram tum proveniunt, tum devotionis praestari potest. Hoc super omnia, curandum est, ut ubi per ornatum, sive pompam nequit haberi ista magna solemnitas, saltem per nitorem, et munditiem habeatur, addo ut Ecclesiae parietes, qui velis, vel aulaeis ornari nequeunt, saltem per candorem, et venustatem eluceant, nec pulvere, sive araneis sordescant. Pavimentum vero perpolatum sit, et floribus, seu herbis bene oientibus, hac illac seminatum. Qui flores non projiciendi sunt in faciem, nec super dorsum incedentium in Processione, ut decrevit S. C. Ep. in *Callien. Synodo* 20. Januar. 1720. relat. ab Ursaya. T. 5. p. 2. d. 16. num. 71. Altare insuper, in quo exponenda est Sanctissima Eucharistia, majori quo fieri potest, ornato decoretur; nec desit copia lampadarum, et candelarum, quae ardeant, et sint ad minus viginti, juxta allegatam *Instructionem Clementis XI. n. 4.*

20 21 22 Circa vero vias, per quas est transeundum, nulla pompa limitatur. Prohibetur unice quae vana sit, et ridicula, seu profanitatem redolens: ab honestate enim Ecclesiae, et a regula pietatis quae distant, semper sunt evitanda, Ursaya d. T. 2. p. 2. d. 25. n. 152. Pro quo scandalo evitando, Magister Sacrarum Caeremoniarum, in hoc casu habere debet plures exploratores bene sibi visos, qui tamquam ejus delegati, circumire valeant vias, et plateas, per quas cum Processione est transeundum, et diligenter perpendere, atque oculariter disquirere omnia, et singula ornamenta, aulaea picturas, statuas, spectacula etiam Sacra, et quaecumque exposita fuerint ad Processionis ornatum: et si quid vel profanum, vel indecens, vel minus habens contra Ecclesiae ritum, repererint, de eo Magistrum Sacrarum Caeremoniarum, illico admonere debeant, qui vel per eosdem exploratores, vel etiam per familiam armatam Episcopi, res indecentes nullo habitu respectu, nullaque interposita appellatione, vel recursu, immediate removere, et auferre faciat, inhaerendo semper edictis, et Sanc-

tionibus Synodalibus ab Ordinario factis, et publicatis super hoc per aliquod dies ante Processionem, ut moris est.

23 24 Quaestionem, in nostro casu satis utilem, movet Doctissimus Antistes Fermosinus, *Tract. II. Criminal. ad tit. de Judaeis, etc. q. 1. n. 10. et 15.* Num scilicet Judaei, si habitant mixtim inter Domos Christianorum, teneantur ornare tapetibus fenestras, et calles cum pertransit S. Eucharistia.

Multi Autores ab eodem Doctore congesti sub d. n. 10. pro negativa sententia stant, praecipue quia cum habeatur ex S. R. C. prohibitio, ut deferatur Sanctissima Eucharistia per loca, et plateas, in quibus habitant Judaei, ex Barbos. *de pot. Episc. p. 2. alleg. 22. num. 4. et de Pot. Parochi, cap. 20. numer. 33. decis. Apostol. collect. 405. num. 8.* et certum sit, quod in spiritualibus, concorrentibus favorem Animarum, Judaei non ligantur legibus Canonicis, nec in Sacramentalibus; quia de eorum anima non curamus, cum et ipsi non eurent, c. *gaudeamus, de divort. Tusc. l. 1. concl. 386. n. 1. et concl. 369. num. 24. et 27. Farinac., in fragm. v. 6. Judaei, num. 639.* atque hinc sequitur, ut nec ad propositum in hac quaestione possint obligari.

Nihilominus multis aliis rationibus, et Doctoribus innixus, existimat, Judaeos mixtim inter Domos Christianorum habitantes posse compelli ad tales ornata, in tali occasione, quia, licet statuta, et ordinationes factae circa ea, quae cultum Divinum respiciunt, non afficiant Infideles, *l. spadonum, 17. §. constitutiones, et §. jam autem, ff. de excus. tut. et l. 3. §. fin.* attamen si per inobedientiam talis constitutionis, videatur Judaeos illudere Christianis, haec inobservantia impedienda est, ne oriatur iste contemptus, cum Fidelium scandalo, *cap. quia, et cap. in nonnullis, §. diebus, tut. de Judaeis.* ubi prohibetur Judaeis, diebus hebdomadae Sanctae, ne in publico compareant, aut fenestras, vel portas teneant apertas, semper loquendo de eorum inhabitatione mixtim cum Christianis, non vero in coniunctiis solitis separatim, vulgo *Ghetto;* seu apud alias nationes, *Judeca.*

Duo insuper consideranda proponit ad magis firmandam opinionem, et sententiam suam, quod possint compelli; nempe istos ornatus esse actus exteriores materiales, et non adesse intentionem formalem, cum vero intentio ista non adsit, honorandi Sanctissimum Sacramentum, sequitur quod neque legi Judaeorum contrarium petitur per istum coactum ornatum, atque ideo juste compellerentur ad faciendum quod nos intendimus, et ad non contraveniendum legi *Judaicae:* nemo enim impedit, quin ipsi Judaei, mediante pecunia, hoc opus per interpositas Christianorum personas exercere possint, atque ita penitus caveant a periculo violandi legem Judaicam; dummodo per nos evitetur iste contemptus, etiam materialis.

Ex quo alia quaestio erui potest, a Fermosino non excogita; nempe, an in locis, in quibus Judaei uniti habitant in suo *Ghetto* separatim a Christianis, si fenestras habeant, vias Christianorum prospicientes, per quas transire debeat Proces-*sio cum SS. Sacramento,* possint ipsi Judaei compelli ad illas fenestras ornandas tali tempore. Circa quod dico, in tali ca-*su non posse* Judaeos compelli, quia cum in suo loco, ipsis as-*signato* per Principem, inhabitent, non subjiciuntur ad ea, quae extra locum illum fiant, cum fenestrae accidentaliter se habeant in illarum rerum prospectu, non vero essentialiter, sed tantum ad lumen recipiendum. Ultraquam quod, inhab-*itatio* Judaeorum in tali loco, est coacta, non electiva, nec suspicari potest de contemptu in casu supposito, quemadmo-*dum fieri* potest quando inhabitant domos electivas per Urbes permixtim cum Christianis, in quo casu si servitus ornandi vias ab iisdem aegre fertur, deserere possunt domum, et alibi aliam sibi providere huic servituti non subjectam, quod face-*re nequeunt* de Domibus in *Ghetto* sibi a Principe assignatis quas velint, nolint, commutare non possunt quoad circumda-*rium* ipsius *Gheti.* Aliter si compelli possent ad ornandas fenestras, et parietes domus, etiam si per solas fenestras res-*picerent* vias, per quas transitum habet Processio, ad nihilum inserviret Principum deliberatio, illos in uno tamquam ergas-*tulo,* concludendi, si hoc non obstante, servitatem secum ferent in casu processionis ad quem finem (inter alios) praesertim in locis Ecclesiae Romanae subjectis, instituta fuerunt ista Judae-*orum contubernia, a Christianorum habitaculis separata.* Quam servitutem videtur voluisse S. R. C. tunc quando in una *Anco-*nit.* 22. Febr. 1563.* quam refert Barbosa *de Episc. p. 2. alleg. 24. num. 3. decrevit: Sanctissimum Eucharistiae Sacra-*mentum, non esse* deferendum per plateam, in qua habitant Ju-*daeoi, sed per Christianorum stratas.* Incubit itaque iis, qui vias pro hac Processione designant, cavere, ne proxime ad *Ghetto* istae viae sitae sint; quod si hoc, ob angustiam loci, evitari nequeat, toleranda erit ista murorum, et fenestra-*rum* denudatio, dummodo semper Judaei in loco designato, et non mixtim cum Fidelibus cohabitent. Cum tamen tolerandi non sint Judaei in his, quae tendunt ad opprobrium illius, qui probra nostra delevit, Fermosin *d. l. n. 14. ex cap. et si Judae-*os, tit. de Judaeis, Ricciull. de jur. pers. l. 2. c. 1. num. 2. et 3.* possunt Christiani ocurrere, et confusionem inducere in illos, ornando propriis expensis parietes, Christi Crucis inimi-*corum.***

Pro opinione tamen contra Judaeos in hoc casu stat Joseph Sessa in suo amplissimo Tractatu *De Judaeis impress. Tauri-*ni 1717.* ubi c. 32. n. 14. cum Tondut. quaest. Canonic. c. 24. et seqq. resolvit: Judaeos teneri in Processione Sanctissimi Sa-*

cramenti, tapetibus parietes, et fenestras exteriores domorum suarum ornare, rationibus, et causis ibi allegat. Sed praecipue quia cum ista actio ornandi etc. sit materialis, Judaei non dicuntur ita faciendo, eorum legi contravenire.

Quod si extra proprium Receptaculum, seu *Ghetto*, Hebraei conducerent aliquas Domos, aut Aedes ad usum Aedificii alicujus Mercis, exempli gratia, Tabaci, sive Aquae Vitis, vel Corii, vel tandem Panni, et cujuscumque similis negotii, et istae Aedes pro tali usu Hebraeis tantummodo inservient, haberentque Januas, et Fenestras respicientes vias publicas per quas Processio cum SS. Eucharistia pertransiret, tunc possent ab Ordinario obligari ad ornatum, cum in hoc casu magnae deformitatis sit ista denudatio, nec amplius valeat regula decreti S. R. C. superenunciati, de non transeundo per loca ab Infidelibus habitata.

Animadversione dignus est Ritus, quo Vias ornari praecipit, occasione hujus Processionis, Sacerdotale Brixinen. *dist. 5. cap. 10. num. 31. ubi ad pag. 166.* leguntur haec: "Ad Processione Corporis Christi paranda sunt ista. I. Omnes Viae, et Plateae, per quas Venerabile Sacramentum portabitur, sint mundatae, et ornatae arboribus, frondibus, floribus, gramine, aulaeis, aliisque ornamentis. II. In quatuor distinctis locis, versus quatuor Mundi plagas, Orientem, Occidentem, Meridiem, et Septentrionem respicientibus, erecta sint quatuor Altaria ex ligno, cum Baldachinis, seu tectis, pulchro ac desenter ornata, super quibus collocari possit Mons "Trantia (hoc est *Ostensorium*) dum quatuor Evangeliorum initia cantantur. III. Deputantur principaliores aliquot Viri pro portando Baldachino, sub quo Sacerdos cum Ven. Sacramento processionaliter ire debet, qui Viri, pro cuiusque facultatibus, pulchre sint vestiti, ferantque singuli sertum in capite ex floribus consecutum. IV. Induantur aliquot Puerorum paria ad formam Angelorum, cum sertis in capite, quorum aliqui conistris deferant folia Rosarum, versus Ven. Sacramentum quandoque in Processione seminanda: alii Cymbalas, seu Campanulas portent, alii accensas candelas: alii arma, seu mysteria passionis Dominicæ. V. Habeatur Turiferarius cum thuribulo, et alias quidam Puer cum incenso, ambo superpelliceis induiti. VI. Quatuor Diaconi induiti Dalmaticis. VII. Aliquot Viri decenter vestiti cum sertis Rosarum in capite, qui ab utraque parte baldachini deferant faces, lampades, seu candelas accensas. VIII. Puer indutus superpellico, ferens librum Evangeliorum. IX. Intrui possunt aliquot paria Puerorum, puellarumque, qui decenter vestiti, et cum sertis roseis, processionaliter irent, ut infra. X. Sit Magister Caeremoniarum, vel aliquis ejus loco totam Processionem ordinans, et promovens."

Sequuntur postea in aliis Paragraphis: Ordo Processionis: quae in Processione cantari debeant: quae ante: quae post: atque sub Evangelii cantandis observare oporteat: Quid fieri debeat Processione ad Ecclesiam reversa: de profanitate arcenda, et de aliis ad talem processionem facientibus: ex quibus Magistri Sacrarium Caeremoniarum carpere valent quae utilia, et decora sunt, inutilia, et indecentia, si qua sunt, omittendo, ut omni qua decet laude, et decore expediatur ista Processio inter solemnes solemnissima.

§. II. Sacerdos primum Missam celebret; in qua duas Hotias consecret, et sumpta una, alteram in tabernaculum in Processione deferendum ita reponat, ut per vitrum, seu Crystallum, quo ipsum tabernaculum circumseptum esse debet, exterius adorantibus appareat, veloque operiatur, donec auferatur ab Altari. Peracto autem Sacrificio, et Processione jam inchoata, ordine, quo jam supra dictum est in Litaniis majoribus, Sacerdos Pluviali albo indutus, ter incensem Sacramentum genuflexus.

25 26 27 Hostia deferenda in Processione non est consecranda pridie, cum quodammodo processio debeat esse pars Officii diei, seu saltem omnino concordare cum Missa, pro quo advertendum est, ut istae Hostiae sint aequales, nisi ob angustiam Ostensorii, opus sit, ut Hostia in illo collocanda, sit minor; sed non adeo, et taliter, ut videatur potius Particula; quam sua manu Celebrans imponet in lunulam, quae est in medio ejusdem Ostensorii intra sphaeram, et crystallum utramque.

28 29 *Tabernaculum*, de quo hic Rubrica loquitur, idem est ac *Ostensorium*, quod aliter appellatur *Monstrantia*, *Sphaera*, et *Turris*. Antiquitus ad modum cylindricum construebatur, eo pacto, quo hodie etiam Moniales S. Clarae utuntur, et pingitur Imago dictae Sanctae Virginis in actu fugandi Saracenos: atque ideo hoc significatur a verbis Rubricae, ubi ait: *Crystallum, quo ipsum Tabernaculum circumseptum esse debet.*

30 Recenter vero ad instar Sphaerae solet efformari cum suis radiis ad similitudinem Solis, vel Stellæ.

31 Hoc (saltem in gyro Sacram Hostiam recipiente) argenteum esse deberet, sed in Ecclesiis pauperioribus toleratur vel ex aere, vel ex aurichalco inaurato. Lunula tamen interior, quae Hostiam in se recipit, et firmat, omnino esse debet vel

Com. t. III.—P. 8.

ex auro, vel ex argento inaurato, ex Cavallerio d. tit. 5. numer. 13. Insuper crystallus ab utraque parte posita, debet esse nitida, et diaphana, laevigata, et in nulla sui parte fracta, vel rimata. Tandem Hostiam collocare opus est ita, et taliter, ut partem adversam vertat eam, deferenti in Ostensorio ad hoc ut Imago, vel Crux in ea praesignata videatur a praeuentibus in Processione, quod animadvertere debet Diaconus, dum accepto Ostensorio, illud tradit Celebranti genuflexo ad portandum, Gavant. d. l. num. 4.

32 Attamen dum Missa perficitur, velari debet Ostensorium, in quo sit Hostia, cum Velo Albo, quod praestari poterit a Velo, quo Calix operitur. Fitque, ut dum reliqua Missae peraguntur, non appareat indebita Sacramentum collocatum extra Baldachinum, et cum Calice vicino, adeo ut nondum primum locum habere possit, quemadmodum habere debet in Processione.

33 34 Peracta Missa, et Calice jam remoto, remanet in medio corporali Ostensoriorum; atque ideo Velum auferri debet, ut Hostia Sacrosanta ab omnibus intueatur. Interimque Celebrans, posito insenso in thuribulum, genuflexus, ter incensare debet Sacramentum: Sed quinam erit iste Celebrans, qui deferat Sacramentum in hac Processione; Rospondeo cum Clericat. de Sacr. Euchar. dec. 60. numer 20. 21. In prima die solemnitatis Corporis Christi, solemnis Processio in quacumque Ecclesia Cathedrali est facienda ab ipsomet Episcopo, si non sit impeditus: sin minus, a prima dignitate, juxta Caeremonial. Episc. p. 2. c. 33. cui concordat Resolutio S. R. C. sub. die. 23. Martii 1709. cui proposito dubio per Card. Gabriellum: An SS. Eucharistiae Sacramentum in Processione, quae fit in Festo Sanctissimi Corporis Christi, deferri debeat ab eo, qui Missam celebrat? Resp. Affirmative Rursus vero, proposito dubio: An idem servandum sit in Processione, quae fit in die Dominica infra octavam Corporis Christi, seu potius deferri debeat SS. Sacramentum ab Archipresbytero, in casu, etc. Resp. Affirmative quoad 1. partem, negative quoad secundam. In oppidis vero, et aliis locis ruralibus, a Sacerdote digniori illius loci deferri debet, Barbos. decis. Apost. Collect. 335. num. 9. et 10. Nicol. infosc. verb. Eucharist. numer. 25. et 26. Pax Jordan. l. 3. t. 3. num. 9. Bauldry. p. 4. cap. 16. art. 3. et 4. Castal. l. 2. sect. 10. cap. 2. et 3.

§. III. Deinde Diaconus oblongum, ac decens Velum circumponit scapulis Sacerdotis, qui parte veli ante pectus pendente, utraque manu cooperta, Ostensorium, seu Tabernaculum a Diacono sibi porrectum reverenter suscipit, in

supremo Altaris gradu; mox ad Altare ascendit, et Sacramentum ante faciem tenens, vertit se ad populum: inde descendit sub umbella, comitantibus ministris; et duo Acolyti, vel Clerici, cum thuribulis effumantibus praecedunt.

35 Velum, seu humerale istud, sericum esse debet, vel auro contextum, juxta vires Ecclesiae, et acu pictum, si fieri potest, ob dignitatem rei, cui inservit. Color, regulariter oportet, ut sit albus, ad hoc ut concordet cum solemnitate Sanctissimi Corporis Christi, cui alba, et candida sollemmodo conveniunt, Gavant. p. 1. t. 18. litt. g et l, propter confectionem Chrismatis, quod Animarum mundationi inservit. Insuper opus est, ut sit oblongum: debet enim extendi ad humeros, et brachia; imo pedem Ostensorii involvere debet: quod fit, ut magis commode perstringi, et teneri possit: ultraquam quod hoc Velum habet suum mysterium, ut jam diximus in benedictione danda cum SS. Viatico.

36 Locus, in quo sistere debet Sacerdos genuflexus, dum accipit a Diacono Ostensorium, est supremus Altaris gradus, prope Pradellam, ad hoc, ut dici possit vere, quod Sacerdos sit ad Altare, nec fiat demissio Encharistiae, sed simplex porratio. Nec obstat, quod Rubrica dicat: Ad Altare ascendit, quia vere ista ascensio est surrectio, seu erectio Sacerdotis, nec aliud significat, nisi quod Sacerdos accedit propius ad Altare, et ibi vertit se ad Populum, ut suotempore descendant, atque Processionem subsequatur.

37 Notandum hic, quod dum Sacerdos descendit per gradus Altaris, tenens ambabus manibus Ostensorium, prompta debet esse Umbella supra caput ejus elevanda, priusquam transeat, et se suponeat Baldachino: Rubrica enim apertis litteris loquitur hic de Umbella, non de Baldachino, quod difficile, et cum magno incommodo, neenon cum aliqua deformitate, ad Altare accedere potest, ut Sacerdotem tegat. Igitur Umbella in subsidium prompta esse debet per totum spatium, quod interest ab Altare ad Baldachinum, ne Sacramentum absque honoris tegmine, licet per breve spatium deferatur: nam Baldachini hastae solent in medio Presbyterio elevari; itaque ab Altare ad Presbyterium Umbella ministerium suum praestabit.

38 Haec Umbella decet ut sit serica, et Albi coloris cum suis laciniis, vel cericis, vel aureis, vel demum argenteis circa eam pendentibus. Color rubeus, quo utuntur nonnulli, non est tolerandus; non enim concordat cum Paramentis Eucharistiae convenientibus, et assignatis, Gavant. P. 5. de Mensuris etc. Cavalier. tit. 5. numer. 23. Vocatur etiam Ubracum, et Apalaneus, de quo vide Macri in Hierolex.

39 40 De Turibulis fumigantibus, Quartus *d. de Process.* num. 101. promovet hanc questionem: nempe: An Thuriferarii debeant incensare, vel suffumigare pavimentum, sternendo viam in hac Procesione? Et post allatas hinc, inde rationes, resolutionem relinquit arbitrio dirigentium Procesionem: magis tamen favet usui stermendi viam cum thuribulis effumantibus, ratione viarum, quae ut plurimum profanae sunt. Sed ego dico, prout vidi in praxi, unum sine alio fieri non posse; dum enim Thuriferarius vibrat Eucharistiae Incensationem, si Thuribulum retrahere vult, necesse est, ut alia vibratione incensetur Via: maximi enim incommodi esset, nec recte pedibus incedere posset Thuriferarius si facie ad Eucharistiam conversa, illam incensare teneretur.

§. IV. Omnes praecedunt nudo capite accensos cereos gestantes, et sequentes Hymnos pro longitudine Processionis devote concinente. Dum vero Sacerdos discedit ab Altari, Clerus, vel Sacerdos cantare incipit sequentem Hymnum. *Pange, etc.*

41 42 Nulla de Baldachino mentio fit in hac Rubrica, et tamen non praeterendum est, quia Umbella in subsidium haberi debet, non in usum, nisi Processio fiat pro deferendo Sanctissimo Viatico; quia in hoc casu adhibetur tanquam viatorium instrumentum, et supponit penuriam ministrorum Baldachinum portantium: imo si multi Ministri adsint, et iter sit breve, nec festinatione indigeat, etiam in illo casu adhibendum est Baldachinum, si adsit, ut dictum fuit in *Tit. de commem. Infirmi* §. 9.

43 Baldachino igitur, quod originaliter *Sericum textile* significat, Macr. *Hierolex*. et appellatur quandoque *Conopaeum*, quandoque *Umbella*, et *Mappula* ab Innoc. III. l. 2. *Myst. Miss.* c. 7. quadratum esse debet, albi coloris, cum octo hastis, vel ad minus quatuor ad ejus angulos aequali distantia distributis, et mobiliter fixis in telario superiori totam Machinam quadrata componentem.

Forma illius omnino decet, ut sit quadrata, et fixe immobilis, non autem plicabilis, et sine telario, ut in aliquibus locis adhibetur, quia ista plicabilitas parit deformitatem; nec semper tenet partem superiorem apertam, et expansam; unde fit, quod faciliter sacerdos deferens Eucharistiam detectus remaneat, et sub dio.

44 45 In distributione hastarum hoc adverti debet, ut nobilioribus Viris tradantur portandae illae, quae sunt in fa-

cie Celebrantis, posteriores vero minus novilibus: *Caerem. Papae*, l. 2. c. 14. et *Caerem. Episc.* l. 1. c. 14. Nobilioribus item inter hastas pares dentur eae, quae sunt a dextris Celebrantis, dum procedit. Convenit tamen, ut in Processione, de qua modo agimus ab Ecclesiasticis cum pluviale, primo deferantur hastae, quod si tot Pluvialia non habeantur, sufficit, si portatores utantur superpelliceis, sed sine Stola, *Caerem. Episc.* l. 2. cap. 25. et 26. *Gavant. d. l.*

46 47 48 49 Insuper deferentes Baldachinum advertant, ut gravi passu incedant, ipsum semper supra Sacramentum, et Sacerdotem deferentes, *Castaldus Prax.* l. 2. sect. 10. numer. 6. ubi subdit, quod Celebrans sub Baldachino incedens cum Ministris, qui fimbrias Pluvialis elevatas a lateribus tenebunt (ad onus levandum Sacerdoti, atque ut expeditius procedat) alternatim cum ipsis recitabit, submissa voce Psalmos, et Hymnos, Clero interim cantante, et campanis continuo pulsantibus: quod item refert *Gavant. per. 4. tit. 8. litt. r.* dum ait, quod Celebrans nunquam cum aliis in Procesione Sacramenti cantat.

Limitatur tamen haec Regula, quando Processio in locis extra Urbes fiat, in quibus, si Sacerdos sileret, aliquando, vel nemo caneret, vel inordinate, et extra tonum Populus boatus ederet, eo quia vel nullus, vel pauci cantum Gregorianum, seu tonos Hymnorum callent, atque unice id, quod audiunt, facile repetunt.

50 51 Nudo capite omnes procedere debent in hac Procesione: non per hoc tamen absque Birreto Clericali incedero convenit Clericis, sed illud manu candela non impedita gestare debent, nec valetudo excusare potest in hoc casu juxta *Resolut. S. R. C. 3. August. 1695.* allegato a Sarnellio, *Episc. Eccl. T. 4. 26. num. 4.* quamvis enim Pontifex reservatam habeat facultatem concedendi pileolum in Missae celebratione, ut declaravit *S. C. Episc. 2. Jan. 1690.* et 17. *eiusdem 1695.* et *S. R. C. 13. Jan ei 24. April. 1626.* ut refert *Gavant. t. 1. p. 2. tit. 2. num. 2.* et *Corcet. ad. dit. num. 26. nihilominus ille cui datur ista facultas, non potest uti pileolo tam in solemnii, quam in privata Missa, a Praefatione usque ad peractam Communionem.* *Pirr. Corrad. Prax. dispens. lib. 3. cap. 6. numer. 31.* *Polac. part. numer. 13. in Aphor.* quod et ampliari potest ad tempus praesentis Procesionis, quia tam in Missa, a Canone ad Communionem, quam in processione hodierna patet Sancissima Eucharistia cui debetur cultus latriae, et ab omnibus distinctus. Videantur quae dicta sunt in *Titulo de Communione Infirmorum*, §. 13. in fine.

53 Memorabile est, et ad praesentem casum faciens, exemplum Augustissimi Imperatoris Carolli V. Caesaris, quod refert *Campius in Histor. Ceremon* l. 2. et alii, qui ejus gesta

scripsere: Prosequebatur Augustus Augustissimum Sacramentum processionaliter delatum: cumque Sol radiis satis acutis caput ejus verberaret, adfuit familiaris, qui Umbellam explicando, et elevando, caput Imperatoris a nimio aestu defendere studebat: cui Caesar illico, tantam irreverentiam indignatus: Aufer istam hinc, serio dixit: Dominum Dominatium sequor Sol illi servienti non nocet: quam responsionem cordi haerentem cuperem tot, tantisque nostri saeculi delicatis Viris, qui dummodo propriae commoditate faveant, irreverentias enormissimas committere non erubescunt.

54 Id quod de Pileo, sive Pileolo, seu Birreto dictum est, intelligi debet absque dubio de comis fictitiis, vulgo *Perrucca*, aut *Cerchietti*; quorum usus Clericis prohibetur semper, et multo magis in Sacris functionibus, et praesertim in hac Processione, non minus quam ad Altare, Clara est recens constitutio Sactissimi Pontificis Benedicti Decimiertii, in ejus *Concilio Romano*, Tit. 16. cap. 3. *Quae Clericorum vitam honestent: ubi per verbum numquam adhibeant.* Clericis prohibetur omnino, et semper usus capillamentorum, ad mentem editi jam prius in Urbe emanati sub die 29. Decembris 1724. Adsumt etiam aliae Constitutiones, de quibus fuse loquitur Ursaya T. 4. *discept. Eccl. Verbo Paruchae.*

55 56 57 Ab utroque latere Baldachini, praecipit Rubrica, ut ardeant Cerei in manibus adstantium, eo modo quo omnes, qui in ordine Processionis sunt, hac die debent expensis propriis candelam accensam deferre. Sed cum ista luminaria facile a Ventorum impetu quandoque repento ingruentium extingui possint irreparabiliter, et Sanctissimum Sacramentum debito cultu privari (cum semper ex jam alibi dictis, ante illud ardere beat aliquod lumen) hinc est, quod proinde huic scandalo occursum fuit per laudatum Concilium Romanum, Tit. 15. cap. 7. ubi in solemnibus SS. Sacramenti Processionibus, praeter consuetta lumina, quatuor semper accensas laterinas ab aliis nobilioribus circa Celebrantem deferri sancitur; prout etiam in deferendo Vaticano dictum fuit, inhaerendo Constitutioni Innocentii Papae XII, §. 5. num. 47.

58 59 Hymni praescripti, ut in hac Processione cantentur, quinque sunt, nempe: *Pange lingua gloriosi, corporis mysterium, etc. Sacris solemnis etc. Verbum supernum prodiens, etc. Salutis humanae sator, etc. Aeterne Rex altissime, etc.* Quorum tres priores a S. Thoma Aquinate Doctore Angelico, una cum toto Officio Corporis Christi editi fuerunt Gavant. part. 4. tit. 12. numer. 2. et tit. 2. sect. 5. cap. 6. numer. 9. Nec eos Urbanus VIII. Papa emendavit, prout omnes alios anno 1629. sed intactos reliquit, Gavant. d. l. Duo vero posteriores expurgati fuere a falsis syllabis in correctione Urbana, anno supradicto, et Authores diversos habent.

60 Advertendum est cum Gavant. p. 4. t. 8. rub. 9. litt. T. quod quando Processio ista non fit extra Ecclesiam, convenit, ut Clerus ad primos duos versus, *Tantum ergo Sacramentum, etc* ex Hymno primo desumptos, genuflectat conversus ad Sacramentum: Ministri tamen genuflectere non debent. Extra vero Ecclesiam, minime prorsus; nam ubi multis est Clerus, posset aliqui, et male interrupi Processio. Idem precipitur in parvo libello italicico, inscripto: *Regole, et instruzioni, che si devono osservare nell' accompagnare il SS. Viatico per ordine della Santità di N. S. Papa Inocenzo XII. pubblicate dal Cardinal Carpecna l'anno 1693. ibi folio 176. in fine, prohibetur ista genuflexio Cleri, vel Populi in tali Processione, dum per viam, et extra Ecclesiam cantatur Hymnus Pange lingua, etc. ad hoc ut evitentur varia incommoda.*

61 Inutilis quoque est, et nihil significans gestus ille interessantium huic Processioni, per quos fit manu signum Crucis ad verba illa Hymni, *Sit et Benedictio, etc.* nam de Benedictione materiali tunc non est sermo, et illa verba diriguntur ad SS. Trinitatem: Unde eliminandus est abusus Sacerdotum illorum, qui actu benedicunt cum SS. Eucharistia, dum cantantur supradicta verba in Processione, seu Benedictione, Sarnell. *Epist. Eccl. T. 7. ep. 58. numer. 10.*

§. V. Peracta Processione, et Sanctissimo Sacramento ad Ecclesiam reportato, et super Altare deposito, omnes Ecclesiatici, qui adsunt, hinc inde ordine genuflexi, illud reverenter adorantes, dum Sacerdos de more incensat, sequentem Hymni partem concinant.

62 63 64 65 Processionis gyro expleto, omnibus Ordinibus ad eamdem Ecclesiam reversis *Ex decreto. S. R. C. 1. Septemb. 1718. in Nolana Processionis per card. Vallemann.* in eaque manentibus ad Benedictionem expectandam, Celebrans ad gradus Altaris ejusdem, a quo discesserat, sistit, atque ib: Ostensorium in manu Diaconi deponit cum debitiss reverentiis Nam diaconus antequam Sacramentum accipiat, utroque genu flexo illud reverenter adorat. Celebrante interim versus Diaconum immobiliter stante: deinde accepto Ostensorio utraque manu, aliquantulum illud elevatum versus celebrantem tenet, donec ab illo adoretur. Deinde celebrans redditio Ostensorio Diacono, utroque genuflexo, ipsum reverenter adorat. Tum Diaconus Altare ascendens, ipsum in medio super Altare collocabit (strato ibi Corporali) Celebrante interim in gradu altaris inferiori, genuflexo. Haec est tota paraphasis praesen-

tis paragraphi quam affert Castald. *Prax. l. 2. sect. 10. cap. 2.* n. 8. cui nihil habeo addendum, nisi quod iste gradus inferior Altaris in quo genuflectere debet Sacerdos incensans, diversimode a Scriptoribus intelligitur. Volunt alii, quod sit gradus primus, alii quod sit infirmus. Sarnell. *Ep. Eccl. t. 8. ep. 26.* Praxis tamen Urbis omnium Rituum Magistrae est, ut ad infinitum gradum descendat, et ibi insensationem faciat.

¶ 66 Interim vero omnes Ecclesiastici, et Confraternitates, quae adsunt (quibus discedere non licet, nisi expleta Benedictione) candelis accensis stare debent genuflexi, nec eas extinguere, nisi post benedictionem.

¶ Hoc tempore, facta per Celebrantem incensatione, seu melius dum primo ductu incensat vel paulo ante, intonanda est ab eo pars Hymni *Tantum Ergo Sacrametum etc.* nisi adsint Cantores, et praesertim Chorus Musicorum, quorum munus est in hoc casu illa verba intonare. Sed absint quaeso ab hac Sanctissima functione Musici, qui vocis strepitu nimis hilari, et licentioso, pietatem, et devotionem Populi distrahunt, et dissipant: ultraquam quod tot repetitionibus inutilibus Religione in incommodum vertunt.

§. VI. Postea duo Clerici dicant: V *Panem de Caelo.*  
R *Omne delectamentum, etc.* Deinde Sacerdos stans dicit:  
*Oremus, etc.*

70 71 Versiculus *Panem de Caelo etc.* in aliquibus Ecclesiis solet intonari a Diacono, et subdiacono assistantibus: sed si adsint Musici, ipsi suplent. Attamen si praeceptum Rubricae adimpleri debet, iste Versiculus est a Clericis intonandus quemadmodum solent plurimi Regulares in hoc casu observantissimi; non vero erecti, sed genuflexi, ut ex Bauldrio notat a Portu. *Append. 2. de Venerab. exposit. n. 5.*

72 Additur *Alleluja* in die ipsamet solemnitatis Corporis Christi, et per totam ejus Octavam, prout etiam fit tempore Paschali, et non ultra. Ita definivit *Instructio* allegata §. 21. et S. R. C. 10. *Januar. 1705.*

73 74 Quo vero ad Versiculum *Dominus Vobiscum*, qui in primis Ritualibus adnotabatur, per multos annos in usu fuit; sed S. R. C. in eadem Instructione allegata num. 21. contrarium censuit, et praetermitti debere decrevit, fortasse, eo quia frustra dicitur, quod Dominus sit cum adstantibus, si de facto adest in Sanctissimo Sacramento coram illis. De facto, in Missa, dum Sacramentum patet oculis Sacerdotis, nusquam dicitur *Dominus Vobiscum.*

75 Oratio unica praescripta a Rituali est a Celebrante recitanda, nec ulla alia addenda, nec pro Infirmo, nec in honorem alicujus Sancti, nec pro quacumque necessitate, ut notant Sacrarum Caeremoniarum Scriptores, quia unice de SS. Sacramento facienda est commemoration in die solemnitatis sua.

§. VII. Tunc Sacerdos, facta genuflectione, cum Sacramento semel benedicat Populum in modum Crucis, nihil dicens postea illud reverenter reponat.

76 Sacerdos simplex semel benedicere debet, ad distinctiōnem Episcopi, qui per tres vices facit signum Crucis super Populum. Ita *Caeremonial. Episcoporum*, et Castald, *lib. 2. sect. 10. c. 3.*

77 78 Nonnulli, et praecipue Regulares, in Ecclesiis Monialium, in quibus exponitur infra annum SS. Sacramentum, solent, expleto Hymno, gradus altaris ascendere, Ostensorium elevare, et priusquam populum in exteriori Ecclesia adorantem benedicat, ad illum se convertendo, Moniales in interiori Ecclesia existentes, benedicere. Haec Praxis a nullo, quod sciam, Caeremoniarum Sacrarum scriptore demonstratur: Videant ipsi, quo ritu id faciant: certe nulla approbatione id dignum censeo, nam cujusdam diffidentiae signum demonstrat, ac si Benedictio eadem, qua Populus in exteriori Ecclesia degens benedicitur, non se extendat ad aliam partem internam ejusdem Ecclesiae, et manus Dei sit abbreviata.

Nihil insuper dicit Sacerdos benedicendo, quia proprie Sacerdos non est qui benedicat, sed Sacramentum. Dum Sacerdos benedit cum Eucharistia, Thuriferarius illam ter incensat, et hoc facit in puncto illo, in quo Ostensorium in medio stat, non autem dum Sacerdos illud dicit ad efformanda latera Crucis. Similiter per Clericum, vel alium ministru dari debet signum hujus Benedictionis per tintinnabulum illud ter pulsando eodem tempore, quo fit incensatio, ad hoc ut populus ab Altari distans advertat, et adoret humiliori modo quo valet. Quod signum omitti non debet absque gravi scandalo, praecipue ubi populus in magna multitudine concurrat, et Templum magnae sit vastitatis, ob eandem rationem quoque in missarum celebratione pulsatur campanula a Clerico dum Hostia, et Calix elevatur.

79 80 Clarius vero hanc Benedictionem describit, atque ejus formam docet a Portu *d. l. numer. 6.* his verbis, quae cum satis distincte loquantur, satius duxi ea, prout stant, hoc loco  
Com. t. m.—P. 9.

transcribere: adest enim in illis forma Crucis non ita ab omnibus communiter efformata, quae mihi videtur satis digna, ut usu habeatur. Verba Auctoris sunt. ‘Finita Oratione, genuflectit in suo loco: accipit super humeros Vellum oblongum: accedit ad Altare: flectit utrumque genu, cum profunda capitis inclinatione: surgit, vertit Ostensorium, ut facies Hostiae populum respiciat: et velatis manibus illud accipiens, convertit se ad Populum per latus Epistolae, et benedicit hoc ritu: Cum stat ante Populum, ambabus manibus Ostensorium elevatum tenet ante pectus, ita ut habeat in sinistra nodum, in dextera pedem. Tum elevat illud decenti more usque ad oculos; et eodem modo demittit infra pectus; mox iterum recto attollit usque ad pectus, et deinde ad sinistrum humerum dicit, reducit ad dexterum: et rursus ante pectus reducit; ibique sistit aliquantulum. Sic perficitur integra Crux constans quatuor brachiis duplicatis, ut consideranti patebit: tandem gyrum perficiens, reverenter reponit super Altare. Dum benedicit, nihil dicit, nec quidquam cantatur; sed ad summum Organum pulsantur sono gravi, et suavi.’ Ista exactissima Ritus descriptio desumpta est, et compacta a pluribus Autoribus, nempe, Bauldrio, Tonellio, Gavanto, Castaldo et Caeremoniali Episcoporum, aliisque, qui sejunctim cuncta super allegata scribunt, quae ab hoc Autore exponuntur.

Per illa verba: *reverenter reponit*, considerandum venit, quod, deposito Ostensorio, statim celebrans utroque genu flectit, et cum consueta inclinatione, *ibid.* Caetera post depositum apud eundem Authorem videbis n. 7.

§. VIII. Hic autem modus benedicendi servatur etiam in aliis Processionibus faciendis cum Sanctissimo Sacramento.

81. Mutatis mutandis, limitatisque limitandis juxta qualitatem Celebrantis, et occasionis hujus Processionis, Benedictionisque, servatur idem Ritus quoad omnia essentialia; nam idem est Sacramentum, idem Dominus, atque ideo eadem Religio, et idem cultus debetur rei tam Sacrosantae.

82. Unice datur diversitas occasionum hujusmodi Processionis faciendae ad praescriptum semper Ordinarii, qui, ut jam dictum fuit, unice Processiones publicas indicere potest. Adest tempus totius Octavae Corporis Christi; adest expositio per quadraginta horas, necnon solita Processio cuiuslibet Primae, vel tertiae Dominicæ pro qualibet Mense ad lucrandas Indulgencias a summis Pontificibus Societati Sanctissimi Sacra-

ti elargitas. In istis casibus minoris solemnitatis, nonnulla imminui possunt, quoad exteriorem pompam; sed Ritus principalis, quacumque occasione, et quocumque tempore servandus est, eo quia, ut diximus; idem est Dominus, ubique parvus colendus. In die tamen specialiter ab Ecclesia determinato, prout ille est solemnitatis Corporis Christi, nulla mensura est praefigenda Pompæ, et Apparatu, quoniam pro die titulari habetur, Gavant. p. 1. t. 8. n. 3. litt. v. in quo fit, ut si, vel ob negligentiam, vel inadvertentiam, caeteris anni diebus, qui minus reverenter se gesserit in veneratione tanti Sacramenti, in hac celebritate, suos defectus corrigat, et restauret, Quart. de Process. punct. 11. num. 100. §. Tandem.

83. Ad hanc animarum commotionem, suscitandam inserunt Tempa magnificentissime resplendentia: Sacerdotes sacratioribus Vestibus induiti; Musicorum Chori, laudes Christo canentes; Turres personantes; Viae Floribus ridentes; Parientes Picturis laetantes, et sericis pretiosisque paramentis festantes. Insuper solemnitatis magnae indicium sunt Viae illae obumbratae, per quas tali die duci solet Processio, quod in aliis Processionibus infra Annum, fieri non solet. Haec omnia magnificentiam demonstrant, et granditatem solemnitatis.

usque ad finem Litaniarum in quarum precibus bis dicitur: *Ut congruentem pluviam, etc.*

6 Cum Litaniae majores, ut ibi dictum fuit, pro publica poenitentia institutae fuerint, hinc ad omnes actus poenitentiales illas inservire decrevit Ecclesia. Hic agitur de aperiendis Coelis, ob nostra peccata clausis, ergo poenitentia, et Oratio agenda est, ut Deus solvat Aquam, quam alligavit in nubibus, Job. cap. 26.

7 Deprecatio: *Ut congruentem pluviam, etc.* Duplicatur, quia in hac Processione, de hac re specialiter agitur, et propterea illam Fideles praecipue poscent: ita pariter in aliis publicis necessitatibus fit: duplicantur Versiculi ad rem praesentem instituti, ut in Litaniis Beatae Mariae Virginis, quando defertur Viaticum ad Infirmos, duplicatur *Salus Infirmorum*. Quia de Fideli Infirmo agitur specialiter: *Instructio Innocent. XII.*

8 Nota hic verbum illud *congruentem*, quod significat sufficientem, et ad tempus, non vero superabundantem: alias postulatio esset documenti impetrativa: aequaliter enim nocet nimia abundantia, ac nimia Pluviae penuria.

§. II. In fine postea dicitur, *Pater noster, etc.* secreto  
¶ *Et ne nos, etc.* ¶ *Sed libera nos, etc.* Psalm. 146. *Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus, etc.*

9 Completis Precibus post Litanias Majores et omnibus recitatis Orationibus, quae ad Bonum universale Fidelium respiciunt, deveniendum est ad Bonum particulare, quod petimus in praesenti necessitate: propterea cantatur *Psalmus 146*, qui juxta Bellarmin, est exhortatio ad laudandum Deum ob ejus Beneficiam, de qua fit mentio in Versiculo: *Qui operit Coelum nubibus, et parat terrae pluviam* ad hanc necessitatem accommodato.

§. III. Quo finito, dicuntur preces. V. *Operi Domine, etc.*

10 Isti Versiculi desumpti sunt a variis, diversisque locis Sac. Script. ubi de praesenti necessitate sermo habetur. Orationes, ex Missali Romano sunt, et praecipue secunda ex Dom. Sexages. paucis mutatis.

## DE PROCESSIONE.

AD PETENDAM PLUVIAM.  
VERITATIS

### TITULUS SEXTUS.

#### SUMMARIUM.

- 1 Pluviae denegatio grandis angustia est.
- 2 Pluvia prohibita, multa horiuntur mala.
- 3 Processio haec est poenitentialis.
- 4 Paramenta debent esse violaceae.
- 5 Origo hujus Processionis.
- 6 Litaniae majores cantandae.
- 7 Deprecatio: *Ut congruentem pluviam etc.* duplicanda.
- 8 Congruentia quid significet?
- 9 Psalmi 146. significatio.
- 10 Versiculi, et Orationes a quo loco desumptae.

1 2 Rebus omnibus in hoc Orbe degentibus grandis angustia est, si Deus Coelum claudat, et pluviam deneget, prouinatus fuit David Montibus Gelvoe: *Nec Ros, nec Pluvia venient super vos.* 2. Reg. 1. 21. Nam prohibita a Deo pluvia plurima Hominibus oriuntur mala enumerata a Quart. de Process. punct. 18. num. 131. Ideo nonnisi ad Deum recurendum est, ut aperiat thesaurum suum, et tribuat nobis pluviam, Deut. 28.

Poenitentialis igitur est haec Processio, atque ideo in Paramentis Violaceis est facienda quoad exteriorem apparatum, et tota cordis compunctione quoad interiorem.

Ejus origo inserta est, sed antiqua satis in Ecclesia, unde S. August. Serm. 22. de temp. ait. *Oratio Juiae clavis est Coeli: ascendit ad Coelum precatio, et descendit miseratio. Rursum Elias oravit, et Coelum dedit Pluviam.*

§. I. Aguntur omnia ut supra in Litaniis majoribus,

in Litaniarum Precibus bis dicatur: *Ut fidelibus tuis Aeris serenitatem, etc.*

4 Repetitur Versiculus, seu obsecratio, *Ut Fedelibus tuis etc.* eo quia ista est ratio praecipua, propter quam fit Proces-  
sio: Preces enim repetendae sunt juxta illud Evangelii: *Petite, et iterum petite.*

§. II. Ad finem obsecrationum dicitur *Pater noster, etc.*  
*Et ne nos, etc.* Psalmus 66.

5 6 Preces, quibus respondetur per *Te rogamus audi nos.* vocantur *obsecrationes*, quia in illis, quasi per Sacra, semper rogamus Deum. Psalmus est sexagesimus sextus, in quo im-  
ploratur divina Misericordia, confitetur divina Bonitas, et justa peccatorum nostrorum punitio. Per illud: *Terra dedit fructum suum: aliquo modo innuitur, ut cessata pluvia, terra ger-  
minet, et fructus consuetos producat.*

7 Versiculi, seu Preces in fine positae, ex Sacra Scriptura desumptae sunt, et praesertim ex Genesi, ubi de Diluvio uni-  
versali sermo fit.

8 Orationes ex Missali Romano transcriptae sunt. Prima vero est inter Preces post Psalmos Poenitentiales.

9 In antiquissimo Codice Rogationum nuncupato, ex Ar-  
chivio Capitulari Ferrariae, in qua Civitate, ob Pluviarum abundantiam, saepe occurrit ratio hujusmodi Processionis in-  
dicandae, ne ex illis intumescant flumina, quae Arba non mi-  
nus, quam Civitatem obruant, habetur vetus exemplar ritus, et orationum abhitarum hac occasione, inter quas notabilior illa est, quam Episcopus supra Pontem sistens (fortasse Cas-  
tri Thebaldi) recitabat, cuius tenor est:

“Domine Deus Omnipotens, qui me Servum tuum huic Po-  
“pulo Pastorem elegisti, exaudi me domine, exaudi, qui Mare  
“Rubrum divisisti, qui Jordanis fluenta siccasti: cui impossi-  
“bile nihil est: impera huic flumini, ut oppressionem Populo  
“tuo nullatenus faciat, et libera eos in manu potentiae tuac,  
“qui se defendere non possunt suis virtutibus, etc.

Haec Orationis Formula clare demonstrat, Episcopos soli-  
tos fuisse huic Processioni interesse personaliter, tunc praeci-  
pue, cum de fluminum intumescentia compescenda tractatur,  
quae Oratio ex Codicis sui antiquitate presumenda venit, a  
B. Joanne de Tusignano Ferrariae Episcopo composita, tunc quando illud mirabile operatus est, quod cum sibi nunciatum

UNIVERSIDAD AUTONOMA  
PROCESO  
AD POSTULANDAM CERENITATEM.

TITULUS SEPTIMUS.

SUMMARIUM.

- 1 Flagellum Pluviae est horrendum.
- 2 Quare, et qua occasione fiat hae Processio.
- 3 Reponitur inter supplications ad instar Rogationum.
- 4 Versiculus: *Ut fidelibus tuis aeris serenitatem concedere digneris.* repetitur.
- 5 Orationes unde desumptae?
- 6 Preces, quibus respondetur *Te rogamus etc.* vocantur obsecrationes.
- 7 Psalmi 66, significatio.
- 8 Versiculi unde desumpti?
- 9 Exemplum desumptum ex Archivio Capitulari Ferrariae.
- 10 Advertenda a Magistro Caeremoniarum in hac Processione, si pluvia in-  
grueret, et fieret extra Ecclesiam.

1 Quemadmodum congruae Pluviae donum Universam Terram laetitia implet; ita incessantis Pluviae flagellum Universi faciem obumbrat horrore: et propterea sicuti ad impe-  
trandum primam, habetur ad Deum recursus, ita ad compes-  
cendam aliam, ad eundem, qui omnium Bonorum dator est,  
fieri debet accessus per publicas Preces, et Orationes.

2 Sancta mater Ecclesia itaque istituit hanc Processionem de more aliarum Poenitentialium faciendam, ut hoc pacto Fi-  
deles iram Dei averterent, et aeris serenitatem impetrarent.

3 De ejus antiquitate, et originine nihil constat, Quart.  
eam non exponit in suo *Tr. de Process.* Castald: vero eam re-  
ponit inter supplications ad instar Rogationum, l. 2. sect. 10.  
c. 7. n. 7.

§. I. Omnia fiunt ut supra in Litanis majoribus. Et

foret. Padum prope muros Ferrariae percurrentem, alveum suum egressum, Civitatem et agros Civium, et Ecclesiae occidente, accersito sibi Sacerdote, Praeceptum hujusmodi illi dicitavat in scriptis: *In nomine Jesu Christi, praecipio tibi, o flumen, ut in locum tum rediens, haec loqa deinceps invadere non praesumas.* Sacerdos vero irridens, exequi mandatum contepsit de chartula cum pracepto in flumine projicienda: ex quo factum fuit, ut ipsem Sanctus Antistes audenter, et maxima cum fiducia, personaliter ad ripam inimici fluminis, in dicta processione, cum toto Clero se contulerit, atque ibi elevatis oculis in Coelum, verba Praecepti imperiose proferens, chartulam in flumine projecterit, signo Crucis efformato. Quo facto, illico, et in instanti, toto adestante Clero, et Populo, Pardus in pristinum, alveum se recepit, omnium admiratione, et compunctione, Accidit hoc circa Annum 1440. *Ex actis ejusdem Beati typis impressis anno 1512. Scriptis vero anno 1458. a Joanne Peregrino Ord. Jesuat. et ex M. S. in Archivoe S. Mieron. Ferrariae; nec non ex Morigia Paradis. Jesuat. Lib. III. Cap. XI.*

Non dissimile portentosum opus de S. Sabino Placentiae Episcopo, qui florebat anno 380. narrat S. Gregorius Papa Dialog. l. 3. cap. 10. et Philipus Ferrarius in *Catal Sanctor. Ital. sub die 17. Junuarii.* Ex quibus illud eruit potest, quod in hujusmodi publicis necessitatibus, maximi momenti est Antistitis et Summi Sacerdotis praesentia, et authoritas; ipsi enim ex vi ordinis, et potestatis sibi traditae, ut plurimum praestare valent id, quod praestari nequit a simplici Clero, et Populo. Sed ad Processionem pro postulanda serenitate aeris redeamus.

10 Advertendum est in hac Processione facienda, quod cum plerumque fiat pluvio tempore, prudentis Magistri Sacrarum Caeremoniarum erit onus assignandi viam brevem, et commodiorem, porticibus ornatam, si fierit possit, per quam descendat sit Processio, ob grave incommodum interessentium si Aqua madeifiant. In hoc casu pileum affere pro se defendendo á pluvia, non deforme, nec improprium judicarem. Insuper commoneri possunt habitantes in illis Viis, ut Portas Domorum suarum apertas teneant, pateatque ingressus, in casu praecipitis pluviae, sintque atria Domorum ipsarum si non ornata, saltem perpolita.

Eoque magis erit breve iter assignandum, si Reliquiae Sanctorum processionaliter afferantur, ad effugiendum periculum illas deturpandi. Quod si probabiliter imber immineat, non erit ab Ecclesia exeundum: Si vero dum Processio jan inita sit, repente imber ruat, Reliquae erunt vel in aliqua Ecclesia, vel Domo, vel Portiu subtrahendae a pluvia, donec imber transeat, quemadmodum evenit hic Ferrariae anno 1710. in

simili Processione, quando in Comitum de Pachienis in via Judecae, se receperunt Reliquiae SS. Martyrum Georgii, et Maurelii nostrae Urbis Patronorum; adstantibus cum toto Clero, Eminentissimis Cardinalibus; Ruffo Legato, et de Verme Episcopo, neconon Judice, et toto Sapientum Magistratu, qui ad dictam Domum confugere, donec imber pertransiret. Sed hic fuit postremus Aquarum conatus in illa inundantia: nam illico post tonitrua, et fulgura, serena facie Caelum apparuit, ut nos Ferrarienses in quasi possessione manuteneret, hujusmodi prodigia videndi in instanti, seu pluviae impetranda, seu compescendae, si deducantur per vias eorundem Sanctorum Patronorum Reliquiae: adeo ut, inveteratum, et commune Adagium sit, Ferrarienses ita Sanctos Patronos suos habere benevolos, ut precibus populi sui quodammodo parere videantur.

UNIVERSIDAD NACIONAL DE NUEVO LEÓN  
GENERAL DE BIBLIOTECAS



licas potestates, a quibus quandoque excitantur turbines, et tempestates in aere. Propterea Sancta Mater Ecclesia instituit nonnullas preces tunc temporis a Sacerdotibus, et Fidelibus alternative dicendas, ut ab illis commotus, dignetur Deus Omnipotens flagella irae suae avertere.

5 6 7 8 Advertendum tamen est, non omnes conjurations ingruente Tempestate, esse a Sacerdote adhibendas, sed tantum illas, quas S. Rit. Congr. approbavit, atque in corpore Ritualis Romani immisit, non vero in fine illius, prout illa sunt, quae collectae fuerunt a Petro locatello, quas particulari Decreto damnavit, et a Rituale expungendas decrevit, usque a die 4. Decembris 1725. Sanctissimus Pontifex Benedictus XIII. utpote quae nulla S. R. Congregationis approbatione vallatae. Unice tantum, praeter illos a Rituale approbatos, permittitur quidam exorcismus contra imminentes tempestates, fulgura et grandines, litteraliter excerptus ex Brevario Fratrum Sacri Ordinis Praedicatorum, et separatim typis editus, post enunciatum decretum.

9 10 Locus, in quo facienda sunt istae Conjurations, et habenda istae Preces, esse solet Porta major Ecclesiae, vel alia, si adsit, per quam intueri possit insurgens nubilosa Tempestas, ad quam, faciem suam convertere debet Sacerdos superpelleo, et Stola Violacea induitus de more, ut alias diximus in rebus poenitentialibus.

§. I. Pulsant Campanae, et qui adesse possunt, in Ecclesiam convocatis, dicuntur Litaniae, ordinariae, in quibus bis dicitur: *A fulgere et tempestate*, et post Litaniae, et Orationem Dominicam. Psalm. 147.

11 De ritu est, ut in casu imminentis Tempestatis pulsentur Campanae, quia ratione benedictionis illis elargitae, virtutem habent profligandi Daemones: cum enim sint Tubae Regis superni, Daemones earum sonum timent. *Concil. Colon.* allegat. a *Quart. de Bened.* n. 178. et ex *del Rio disquis. Magic.* l. 6. c. 3. Hac eadem ratione valent ad sedandas tempestates, et ad repellendas grandines, et procellam turbinum, quando a Diabolis excitantur, qui dicuntur Spiritus Procellarum, *ex Psal. 148.*

12 13 Verum nonnulli Authores, et praesertim Philosophi, hunc effectum sedandi Tempestates per Campanarum sonum naturali ratione tribuero student. Renatus des Chartes, *in Specim. Philos. Meteor cap. 7. n. 12.* haec ait: "Non sine ratione vulgo creditur, vehementes sonitus, quales Cam-

PRECES

AD

REPELLENDAS TEMPESTATES.

TITULUS OCTAVUS.

SUMMARIUM.

- 1 Tempore Verno, et Aestivo oririuntur Tempestates.
- 2 Parochus circa hac invigilare debet.
- 3 Potestas Sacerdotalis contra Diabolos, magna.
- 4 Daemones suscitant Tempestates in aere.
- 5 Sacerdos non omnes conjurations adhibere debet.
- 6 Conjurations aliquae ab Ecclesia prohibita.
- 7 Conjurations verae in Rituale Romano insertae sunt.
- 8 Etiam in Breviario Fratrum Ord. Praedicatorum.
- 9 Conjurations facienda ad Portam Ecclesiae.
- 10 Vestes Sacerdotis in actu conjurationum.
- 11 Campanae pulsantur insurgente Tempestate.
- 12 Rationes nonnullae philosophicae.
- 13 Campanae valent virtute Benedictionis ad fugandas Tempestates.
- 14 Litaniae recitandae ad Altare Sanctissimi Sacramenti.
- 15 Conjurations vehementi animo recitandae.
- 16 Psalmi 147. significatio, et virtutes.
- 17 Orationes sunt Poenitentiales.
- 18 Aqua benedicta valet ad fugandas tempestates.
- 19 Si tempestas perseveret, repetendae sunt preces, et conjurations.

1 2 3 4 Cum tempore praesertim Verno, et Aestivo, possit subito oriri magna in aere tempestas, quae et fulgurum fragore, et grandinum flagello Urbes, Domos, et Agros depopuletur, prouida Parochi cura erit, tunc temporis, Ecclesiam suam non deserere, sed saltē optimi Sacerdotis Ministerio committere, ut quandocumque occurrat, Precibus, Orationibus, Exorcismis, et Benedictionibus, Tempestates imminentes arcre valeat: magna enim est potestas Sacerdotalis contra Diabo-

"panarum, aut Bombardarum fulminis vim infringere, et vim  
"tempestatum minui; nam concutiendo nivem, ex qua noves in-  
"ferior constat, illam ad descensum invitat, et discutit. Uti  
"satis sciunt. qui in Vallibus, ubi moles Nivium e Montibus  
"cadentium timentur, iter facere sunt assueti: nam ibi nequi-  
"dem loqui, aut tussire audent, ne sonus vocis nives commo-  
"veat."

14 Pariter Edmundus Purchotius, *Instit. Philos. T. 3. sect.*  
*3. c. 4. de fulmine, Tonitru, etc.* §. 6. De ratione cur Turres  
Campanarum frequenter a fulminibus percutiantur, ita loqui-  
tur: "Cum nubes in terra ruunt, si corpus aliquod excelsum  
"subjiciatur, ut proerupta Rupes, vel Turris praealta tum nu-  
"bes in diversas partes, istius corporis occursu distracta, in eo  
"loco dehiscit, et quasi fulmini viam aperit. Hinc excelsa  
"quaeque saepius fulmine feriuntur, quam depressiora. Idem  
"accidit ubi pulsantur Campanae. Si earum sonus, quem in  
"aeris fremitu, ac partium succussu positum diximus, fortior  
"sit ac validior. Nubem in ea parte, quae Turri; seu Campani-  
"li imminet, non mediocriter exagitat; unde nubes eo loci at-  
"tenuata saepius perrumpitur, facilioremque fulmini praebet  
"transitum, ut in Campanile irruat, magno eorum periculo,  
"qui pulsandis Campanis dant operam: Ideoque utilis est so-  
"nus campanarum ad arcendam Nubem priusquam accesserit:  
"sed ubi jam Campanili icumbit, non sine periculo pulsantur  
"Aera Campana." Alii etiam Authores hujus opinionis sunt,  
quos omnes notat del Rio supra allegatus: sed cum pietatem  
Christianam omnino destruant istae philosophicae opiniones, et  
intentionem pervertant ab Ecclesia habitam in Benedictione  
Campanarum, nihil a Fidelibus amplexandae sunt, imo omnino  
erroneae veniunt declarandae: alioquin si hoc naturaliter dari  
posset, frustranea essent, et illusoria Verba illa (quod peni-  
tus absit) quae in Campanarum benedictione ita sonant: *Ut*  
*cum melodiae Campanarum auribus insonant populorum,*  
*crescat in eis devotio Fidei; procul pellantur insidiae inimi-  
corum, frager grandinum, procella turbinum, impetus tempe-  
statum, etc.* Quod si vera, et infalibiles esset allata a Philosophia  
Doctrina, et communis; nemo in casu ingruentis tempes-  
tatis, auderet accedere ad Turres, et ibi pulsare Campanas, ob  
naturale periculum fulgurum tam facile imminentium.

Congregato Populo in Ecclesia, Litaniae recitanda erunt  
ad Altare SS. Sacramenti, in quibus Versiculus, seu depreca-  
tio illa erit iteranda, quae a Rituali assignatur, secundum in-  
digidatam praesentem.

15 16 His expletis, et recitata Oratione Domicali, ad Por-  
tam devenire debet Sacerdos, et in conspectu imminentis  
tempestatis, atque ibi concitato animo, recitare, vehementi vo-  
ce, Psalmum *Lauda Jerusalem, etc.* 147. in quo mentio fit Be-

nedictionis, Adipis, Frumenti, Nivis, Nevulae, Frigoris, A-  
qua, et aliarum rei congruentium. Praeterea iste Psalmus  
excitat Fideles ad Deum laudandum ob multa beneficia, Be-  
llarm. in *Ps. 147.*

17 Orationes praescriptae sunt Poenitentiales, et in tertia  
earum ad signum ✕ Crucis, Sacerdos manu, vel Sacra Reli-  
quia benedit earem.

18 19 Insuper Aquam Benedictam adhibet, quia inter  
virtutes Aquae benedictae illa enumeratur, fugandi tempesta-  
tes, et procellas, ut jam diximus: et si adhuc tempus procello-  
sum perseveret, poterunt supradictae Preces, et Orationes plu-  
ries repeti, donec procella evanescat.

usque ad finem Litaniarum, in quarum Precibus bis diciatur: *Ut fructus Terrae, etc.*

3 4 Litaniae Sanctorum, prout alias diximus, istitutae fuerunt ad implorandam divinam opem in calamitatibus, per intercessionem Sanctorum. Ut vero specificie innotescat ratio impellens, et movens harum supplicationum, bis recitatur obsecratio: *Ut fructus terrae etc.* ad hoc ut divina Misericordia dignetur nobis tradere fructus Terrae, per quorum penuriam facta est universalis calamitas.

5 Orationes in istis Precibus recitandae sunt pariter Poenitentiales, et partim desumptae ex Missali Romano, partim ab Ecclesia de novo compositae.

6 Psalmus, qui praescribitur recitandus est, vigesimus secundus, in quo per verba illa: *nihil mihi deerit, etc.* explicatur infinita Dei Bonitas, ac si diceretur: *si esuriero, non deerit mihi Panis, etc.* Bellarmin. *Psalm. 22. num. 1.*

Fructus hujus supplicationis non tantum ille est, ut Terra germet fructus suos, sed etiam, ut qui abundant panibus, illos indigentibus trādant; quod praecepit Apostolus ad Timotheum scribens. 1. 6. 17. *Divitibus hujus saeculi praecipue bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, etc.*

PRECES

DICENDAE

TEMPORE PENURIAE, ET FAMIS.

TITULUS NONUS.

SUMMARIUM.

- 1 Praeter Constitutiones Boni Regiminis, adiunguntur Preces pro reparanda penuria.
- 2 In Veteri Testamento habitae sunt supplications diversae et memorabiles in hoc eodem easu.
- 3 Litaniae majores recitandae sunt.
- 4 Repetitur Versiculus: *Ut fructus Terrae, etc.*
- 5 Orationes recitandae, sunt Poenitentiales.
- 6 Psalmi 22. significationes, et explicationes.

1 Praeter Boni Regiminis Constitutiones, quae in quacumque bene ordinata Republica sanciri debent, pro reparandis damnis tempore penuria, et famis illud quoque, in primis quarendum est, ut Dei auxilium imploretur.

2 Plures non tam in una Provincia, sed et ni toto Orbe, magna penuria, et fames oborta est; legimus in Veteri Testamento habitas fuisse ob hoc publicas Deo supplications, ut satis liquet ex *Genes. c. 12. 26. 41. Exord. 16.* atque ex aliis locis, in quibus de famis, et Annonae caritate sermo est, quam et in novo Testamento Joannes in spiritu vidit, tunc quando Equus pallidus apparuit illi, et qui sedebat super eum nomen illi Mors: cui data est potestas super quatuor partes terrae, interficiendi gladio, fame, et morte, etc. *Apoc. 6. 8.* Ideo anti-quas supplications renovavit Ecclesia Dei modo quo infra.

§. I. Aguntur omnia, ut supra, in Litanis majoribus

cursus haberi debet per poenitentiam, et supplications, non redictis tamen humanis Remediis, quae Deus ad hoc creavit, et in manibus hominum repoluit: Sed cum remediorum facultas, et virtus habeatur tantummodo a Deo, necesse est, ut ante omnia, Divina imploretur gratia, et misericordia, Zacchias *quaest.* *Med. leg. lib. 2. tom. 1. q. 20.*

5 Ad hunc finem Pia mater Ecclesia publicas Processiones instituit, cum Precibus recitandis, quibus averteretur Pestis, et Hominum mortalitas.

6 Sed cum non in Homines tantummodo inservire possit, flagellum illud, quin et alia Animalia, et Bruta foedet, et disperdat; hinc est, ut etiam pro avertenda Peste Animalium, et eorum mortalitate (quae irae Dei flagellum quoque est, nam dilapidatis Bestiis Terrae: homo ad sui sustentationem non vallet) Preces institutae ab Ecclesia fuerint.

7 Quo vero ad Processiones facientes tempore Pestis, et mortalitatis Hominum, multae inspectiones habendae sunt, Doctissimus Quart. *de Process. et eorum circumstantiis, n. 201.* quaerit an tempore Pestis possint licite fieri Processiones? Argumenta hinc inde adducta sunt equidem evidenter, adeo ut utramque sententiam tuto amplecti possimus: sed *ad n. 204.* tertiam, et medianam affert, cui tamquam probabiliori et ipse adhaeret dicens, et concludens. Permiti non debere Processiones tempore Pestis, nec censeri licitas quomodolibet, et convocatis omnibus indiscriminatim, seu non adhibitis cautionibus moraliter possibilibus ad obviandum periculis. De facto cum Venenum Pestis ex sententia Zacchiae *quaest. Med. leg. l. 3. tit. 3. q. 2. n. 29.* de corpore in corpus dispergatur; et propagetur, ne contagienis morbus amplificetur, prohibendi sunt omnes congressus etiam ad Sacras functiones; cum illi etiam ad bonum Regionem Reipublicae spectantes, rigor se prohibeantur ab ejusdem moderatoribus.

8 Nihilominus quando commode, et absque periculo servi possint nonnullae circumstantia ad normam humanae prudentiae, Processiones licitas aliqui volunt, atque utiles.

9 Circumstantiae, quas adducit Quart. *d. l.* sunt: Ut non fiant hujusmodi Processiones, nisi urgeat evidens necessitas, quando experientia constat, humana remedia esse inutilia. Ut non convocentur confuse, et indiscriminatim omnes, exemplo S. Caroli Borromaei, qui Pueros exclusit, et Mulieres, Ut convocati dividantur in plures turmas, exemplo S. Gregorii Magni, ad evitandam confusionem. Ut procedant omnes servato ordine, cum distantia ab invicem majori solita. Denique, ut ante Processionem excitentur omnes ad Poenitentiam, et ad firmam in Deum fiduciam exemplo dicit S. Caroli, qui om-

Com. t. III.—P. 11.

PROCESSIO  
TEMPORE  
MORTALITATIS, ET PESTIS.

TITULUS DECIMUS.

SUMMARIUM.

- 1 Pestis est lues omnium teterima.
- 2 David illam elegit.
- 3 Recursus haberi debet ad Deum.
- 4 Humana remedia deserui non debent.
- 5 Ad hunc finem Processiones institutae.
- 6 Pestis invadere potest etiam Bestias Terrae.
- 7 Processiones an fieri possint tempore pestis?
- 8 Opinio probabilior negativa.
- 9 Nisi commode servari possint nonnullae circumstantiae.
- 10 Circumstantiae servandae in hac Processione.
- 11 Melius est, ut quisque ore in cubiculo suo.
- 12 In casu mortalitatis Bestiarum, fieri potest Processio.
- 13 Versiculus *a Peste Fame, et Bello* bis recitandus.
- 14 Psalmi sexti, mysteria et significaciones.
- 15 Orationes omnes Poenitentiales sunt.
- 16 Quare in istis Orationibus fiat commemoratio S. Sebastiani M.
- 17 Sanctus Sebastianus Protector Tempore Pestis.
- 18 S. Rochus Confessor, implorandus est tempore Pestis.
- 19 Quare de S. Rocho fiat mentio.

1 2 3 4 Omnim teterim luem Pestem esse nemo est, qui ambigat: illam expetivit David inter mala, quibus decreverat Deus punire sclera ipsius Regis, et Populi, nempe vel Fame, vel Bello, vel Peste, dicens. *Melius est, ut incidam in manus Domini, quam in manus hominum.* Propterea hoc vere esse flagellum, seu gladium Dei omnes consentiunt, et ob hoc, ad Deum immediate, et principaliter recurrente esse, omnium Fidelium sententia est, si qua Urbs, vel Provincia, vel Natio, vel Populus ab hac lue infestari cooperit. Iste re-

nium capita cineribus aspersit, et ipse, fune ad collum alligato, Crucem bajulans devotissime processit.

His vero non obstantibus, adhuc dico, periculosa esse hujusmodi Processiones, et Conventus Gentium diversarum in tali occasione, ideoque evitandos esse existimo, quia nemini licet se mortis periculo exponere: Et adeo verum est, hoc esse magnum mortis periculum, quod Peste infectus dicitur in articulo mortis esse, Paris. *de Resign. Benef.* l. 12. q. 6. n. 13. Zacchias d. l. 2. t. 1. q. 19. n. 12.

11 Hoc item esset velle tentare Deum, qui in tali circumsstantia, prodigia faceret. Quisque igitur Domi suae oret, in cubiculo suo float; et cum magna contritione, et fiducia, opem divinam imploret: nec remedia naturalia ad hunc finem proposita deserat. Plura sunt quidem, quae S. Carolus sancivit in ejus Provincialibus Conciliis, *Act. p. 4.* facienda hoc tempore luctuoso, sed omnia cum debita cautione: ideoque si fiant bene pensentur, et optimè proponantur ab iis, qui Reipublicae habendas gerunt.

Non ita evenit in casu mortalitatis Bestiarum, quia illis in suo Praesepio sequestratis, renedisque naturalibus adhibitis potest Populus in Ecclesia orare, et convenire ad publicas Preces, absque periculo, ut Deus mortalitatis cladem avertat.

12 Quando dixi superius de mortalitate Animalium; seu Bestiarum, intelligo de illis, quae ad humanum usum inserunt: Pestis enim interdum non nisi certum genus, aut certam Animalium speciem invadit, Zach. *Quaest. Med. leg.* 3. t. 3. n. 48. Alioquin si mors Animalia hominibus inutilia, seu nociva molestaret veluti Canes, Feles, Vulpes, Lupos, et similia, tunc cum illarum mors nihil detrimenti hominibus afferat, nulla institui debet, nec haberi supplicatio. In genere vero Animalium sunt etiam Vegetabilia, prout Plantae, et Arbores, quibus nocere potest mala aeris sive hiemis intemperies; et propterea arescere possunt, et mori, prout elegantissime demonstrat Hieron. *Fracastor. l. 1. Syphil.*

*Solis non saepe Arboribus fit noxius aer.*

*Et tenerum germin, florumque inficit honorem.*

In hoc casu si Arbores vere sint utiles, et hominibus inserentes, prout Vites aliaeque Arbores fructiferae, lignaque ad opus utilia, congruum judico supplicationes publicas instituire, ad hoc ut Deus hoc ab illis flagellum avertat. An vero Preces, Psalmi, et Orationes in ritu praesentis Processionis assignatae, adhibendae sint, negative opinor, cum Processio assignata pro qualcumque Tribulatione, ut infra, sufficient, et id quod desideratur, optime praestet.

Preces itaque, tempore Pestis, statutae, sunt de more sequentes.

§. I. Fiat, ut supra in Litaniis majoribus, et in Litaniarum Precibus dicatur bis: *A peste, Fame, etc.* Ut infra suo loco. *Ut a Pestilentiae flagello, etc.*

OBSECRATIO

13 Bis dicitur obsecratio *A Peste, etc.* ad demonstrandum, quod enixe Preces ad hoc fiunt: sed additur alia Obsecratio: *Ut a Pestilentiae, etc.* eo quia vere pro Peste praesentanea tantummodo eliminanda, fit publica Oratio.

14 Psalmus est 6. in ordine Psalterii, et 1. Poenitentialium, in quo tractatur de infirmitate, de sanitate, et de aliis ad rem praesentem facientibus.

15 16 Orationes vero omnes Poenitentiales sunt; sed in prima, praeter invocationem Beatae Mariae Virginis, fit Memoratio S. Sebastiani M. specialiter, eo quia Romae, Divino monitu, in Ecclesia S. Petri ad Vincula Altare in honorem S. Sebastiani, ad luem propulsandam, erectum fuit temporibus Papae Agathonis, prout diffuse narrat Paulus Diaconus de *Gest. Longob.* l. 6. c. 3. unde etiam provenisse videtur, ut Posteri Fideles, eundem Sanctum Martirem, ad evitandam pestis cladem, consueverint habere Patronum, Baron ad *Martyl.* 20. Jan. et *Annal.* 620.

17 Propterea Sacerdotale Brixinen. *dist. 6. c. 4. n. 4.* Quarens quid agendum a Parocho tempore pestis, inter alia *ad n. 7. ait Progrediente morbi calamitate, vota S. Sebastiano per Populum fieri urgeat.*

18 19 Item implorare potest auxilium S. Rochi Confessoris, cui ex Decreto Patrum Concilii Constantiensis, ad propulsandam ingruentem luem, honores Sanctis debiti, sunt impensi; nam solempni pompa ejus Imaginem, omni comitante Populo per Urbem detulerunt: quo facto, pestis mox evanuit, Baron. d. 16. Augusti.

Pro peste Animalium propriae Orationes in Missali Romano habentur.

*Bellum nec pietatem servat, nec castitatem: videmus enim Bellum flagrante, Urbes et Templa diripi; Sacra omnia profanari, Virgines violari, Sacerdotis capi, et furari, omniaque rapinis, et caedibus misceri.*

5 Sitque sive injustum, semper patientibus illud, grave est, et irquietum, ex Quart. de Pross. n. 135.

6 7 Exempla harum supplicationum tempore Belli plura sunt, et quidem multae antiquitatis tum in veteri, tum in Novo Testamento; sed distingui debet triplex illarum ratio: Aliae enim fiunt ad avertendum Bellum: aliae ad petendam Victoriam; aliae ad postulandam Pacem: Singulae habent suas Preces particulares, sed omnes ad Deum diriguntur, ut tribuat nobis quod petimus, quemadmodum omnes illi fecerunt, quos refert Quart. d. l. n. 136. 137. et Deo adjuvante id assequunti sunt, quod petierunt. Primi ordinis habuit Ecclesia Catholica Processionem cum Universali Jubilaeo, indictam anno 1661. ab Alexandro VII. Constit. Ev quo III. tunc quando Turcae expugnata Arce Varadini, quae erat validissimum Hungarici Regni propugnaculum, impetum in citeriores Provincias meditabantur ingenti apparatu, et miserrimas clades universae Reipublicae Christianae minitare videbantur. Similem habuerat prius Innocentius X Cons. 1. Immensa, etc. Et recentioribus annis. Innoc. XI. pro liberatione Viennae a Turcis invasae ad annum 1683. Constit. 13. In suprema, etc. Secundi ordinis, nempe ad petendam Victoriam Processio, et Jubilaeum a S. Pio V. indicta fuere Anno 1750. Cons. Cum nos: indulgentias elargiendo adjuvantibus Bellum contra Turcas, Deoque auxiliante, Victoriam Christiani reportarunt die 7. Octobris 1571. Ideo sub illa die quotannis celebratur Festum S. Mariae de Victoria sub invocatione Rosarii. Tertiī tandem ordinis, nempe ad implorandam Divinam opem, pro Pace inter Principes Christianos, habemus Constitutionem 28. Ex eminenti, etc. sub Clemente XI, editum anno 1706. qua occasione solemnis processio indieta fuit a Cappella Palatii Vaticani ad Basilicam Principis Apostolorum, plenissimis elargitis Indulgencis.

§. I. Peractis omnibus, ut supra in Litanis majoribus. Ad finem Litaniarum dicitur: *Pater noster, Psal. 45. Deus noster Refugium, etc.*

8 Regula generalis Processionum poenitentialium, ut jam diximus, semper fuit, ut a Litanis inciperentur, ad implorandam intercessionem Sanctorum omnium pro eo quod petimus tali tempore.



## IN LITANIIS TEMPORE BELLI.

### TITULUS UNDECIMUS.

#### SUMMARIUM.

- 1 Facilis est occasio indicendi publicas supplicationes.
- 2 Haec Processio habet primum locum.
- 3 Mala, quae ex Bello proveniunt.
- 4 Primum remedium est recursus ad Deum.
- 5 Bellum sive justum, sive injustum, semper parit grave malum.
- 6 Processio haec est multae antiquitatis.
- 7 Ratio harum Processionum triplex.
- 8 Processiones Poenitentiales a Litanis inchoantur.
- 9 Psalmi 45. explicatio.
- 10 Praeces particulares contra Turcas, et Infideles.
- 11 An licite possit eorum prosternatio peti?
- 12 Psalmi 78. significatio.
- 13 In Bello justo licet ponere insidias.
- 14 Christiani vicerunt, Pontifice precante.

1 2 3 4 Deo facile, est, ut in Ecclesia Dei detur occasio, at ratio indicendi Publicas Processiones, et supplications ad compescenda Bella, ut inter formulas generales indicendarum Processionum conscriptas a Monacel. T. 3. form. 6. primum habuerit locum inter extraordinarias pro causa, et bono publico faciendas, illa pro edicto Episcopali ad faciendam Processionem tempore Belli. Enimvero tam ingrentia sunt mala, quae ex Bello proveniunt, ut necesse sit festinanter occurere ad remedia: inter quae primum habet, proculdubio, locum, recursus ad Deum per Orationem, indictis publicis supplicationibus, ut Bellum avertat, et secum ea omnia mala, quae S. Ambrosius enumerat in epist. 1. ad Timot. 6. 2. per haec verba:

9 Psalmus est quadragesimus quintus in ordine Psalterii, qui secundum recentiores interpres scriptus fuit in gratiarum actionem pro victoria Davidis ab Inimicis suis, Deo auxiliante, reportata. Secundum vero antiquiores, nempe Sanctos Hieronymum, Basilium, Augustinum, et alios, intelligi debet de liberatione Ecclesiae Christianae a persecutionibus infidelium, Bellarm. in Ps. 45. Quocumque modo accipiatur, semper per illum versiculum *Arcum conteret, et confringet Arma, et scuta comburet igni*, a Deo victoriam nos expectare demonstramus, et pacem: cui consonant versiculi Preceum subsequentium, et tres orationes de auxilio, de victoria et de pace loquentium.

§. II. Si vero Bellum est contra Turcas, et alios Infideles vel Haereticos, inter Preces Litaniarum bis dicatur, *Ut Inimicos sanctae Ecclesia, etc.* Et addatur: *Ut Turcarum vel Haereticorum conatus, etc.* Et dicto *Pater noster*, dicatur Psalmus 78. *Deus, venerunt, etc.*

10 Quoniam non semper Bella, et Arma sunt inter Fideles ad fovendam innatam regnandi cupiditatem, absque eo quod a Principibus animadvertantur tot damna Populorum, et Urbium: Sed persaepe ista aguntur ab Infidelibus, et Haereticis; et praecipue (quod esse deberet maxima Christianorum cura, et sollicitudo) contra infestissimos Turcas: hinc est, quod Ecclesia particulares preces instituit in tali casu habendas, ad hoc ut evitentur caedes Reipublicae Christianae, et ad nihil redigantur conatus Inimicorum ejus.

11 Versiculi itaque proscripti nominatim, de Haereticis, Turcis, et Ecclesiae Inimicis mentionem faciunt, contra quos licite possunt Fideles ruinari, et prosternationem poscere; ex odio abominationis, quatenus scilicet Fidei hostes sunt, et Reipublicae noxii, S. Thom. 2. *quaest. 76. art. 2.*

12 Ideoque Psalmus 78, qui huic loco recitandus assignatur, licite, et sine culpa legitur, licet imprecationibus plenus sit contra Infideles, utspte qui deplorat calamitatem venturam, quae accidit Haebraeis sub Antiocho, et caeteris Regibus, tempore Machabaeorum, Bellarm. in Ps. 78. et fuit tamquam vaticinium calamitatum, quas passura erat Ecclesia Catholica ab Infidelibus, et Haereticis. Sicut enim in Bello justo licitum est adhibere stratagemmata, et ponere hostibus insidias, cap. *Dominus noster 23. q. 2.* ita per istas preces licet imprecari illis mala, et calamitates.

14 Item Preces, et Orationes, de elisione superbiae loquun-

tur; de prosternatione contumaciae, de persecutione, de ira, deque aliis ultiōibus contra Infideles, ut iis profligatis, Ecclesiae tranquillitas, per divinam Misericordiam, donetur. Quae Orationes a Deo ut plurimum exauditae fuerunt, quando Summus Pontifex Reipublicae Christianae caput, tamquam Murus pro Domo Dei, hostium minis se opposuit, quemadmodum Sanctissimus Pius V. qui diuturnis Orationibus, et Precibus vacare non destitit tunc cum contra Turcas bellum ageretur qui Navalii Classe Christianos invadere studebant.

signis, et comitatu, quae fieri possunt ad normam gravitatis  
Calamitatum, quarum de causa fit Processio.

§. I. Servatis omnibus ut supra, in Litaniis majoribus,  
finitisque Litaniis, dicitur: *Pater noster, etc.* Psalm. 19.

13 Psalmus decimus nonus in ordine Psalterii scriptus fuit  
a Rege David ad debellandas aereas potestates, Bellarm, *in Ps. 19*. Cumque in illo specialiter mentio fiat *de die tribulationis*: ideo ad tribulationes universas avertendas determinatus fuit ab Ecclesia.


PROCESSIO

IN

QUACUMQUE TRIBULATIONE.

TITULUS DUODECIMUS.

SUMMARIUM.

- 
- 1 Calamitatum numerus infinitus.
  - 2 Tribulationes omnes continentur sub hac Rubrica.
  - 3 Tribulationes enumerantur.
  - 4 Terraemotus.
  - 5 Bestiarum epidemia.
  - 6 Arborum erescenia.
  - 7 Locustarum
  - 8 Marium } copia
  - 9 Brucorum
  - 10 Fluminum intumescentia.
  - 11 Processio pro his calamitatibus indici potest.
  - 12 Color paramentorum debet esse congruus functioni.
  - 13 Psalmi 19, explicatio.

1 2 Numerus Calamitatum cum innumerabilis sit, quibus potest universa Terra afflictari, et singulis velit occurrere pia Mater Ecclesia: hinc est, quod expositis jam nonnullis calamitatibus, et pro earum liberatione, aliquibus assignatis Precibus, sub uno Titulo omnes alias evocare curavit, Orationes, et Preces assignando *pro quocumque Tribulatione*.

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 Inter has Tribulationes enumerari potest Terraemotus; epidemia Bestiarum, seu Bovina; Arborum erescenia; Locustarum, Murium, et Brucorum copia; Fluminum intumescentia, et hujusmodi alia, pro quibus profligandis; et avertendis indici potest Processio cum designatis Precibus Poenitentialibus, in coloribus Paramentorum congruentibus, nempe violaceis absque ulla limitatione in

oblivionem siluerint, unusquisque de Populo jus habet ad excitandos illos, ut debitum officium grati animi promoveatur, et excitetur, ne ingratorum vitio notentur apud Deum, et Homines. Quapropter.

4. Huic necessariae sollicitudini ab Ecclesia provisum est per institutionem Ritus particularis pro facienda Processione ad Gratias agendas, cum tribus modis reddi possint gratiae, ita docente S. Thom. 2. 2. q. 107. art. 2, nempe interius, corde, et animo: exterius Ore, et verbis; factis, et operibus, beneficia accepta compensando.

5. In Processione redduntur gratiae secundo modo, hoc est ore, et verbis: sed potest etiam uniri huic modo compunctionis cordis, et animi; necnon facta, et opera, atque ita singulis tribus modis potest adimpleri bonum officium reddendi gratias Deo Benefactori.

6. Color Paramentorum adhibendorum in hac Processione erit Albus, in signum laetitiae, atque concordat cum solemnitate, quae incipit ab Hymno, sive Cantico *Te Deum laudamus etc.* Vide quae diximus in *Titulo de ordine servando in Litaniarum majorum Processione*, §. 3.

7. 8. 9. 10. Viae quoque designari debent ampliores, et commodiores a Magistro Sacrarum Caeremoniarum, quae si Tapetibus, et Aulaeis, Velisque coloratis ornarentur, maxime concordarent cum communi laetitia, et magis ostenderent accepti Beneficii gaudium. Hora insuper, si non esset Missa canenda (prout magis consonum videtur, ex Titulo generali *de Processionibus*, §. 7.) esset ab eodem Caeremoniario determinanda, etiam pomeridiana, ut expeditius a Populo frequentari posset, qui in illa hora omnibus negotiis solitus videtur: tanto magis quando esset dies festus. Quo vero ad Missam, esset in hoc casu celebranda pro gratiarum actione in mane ejusdem diei, ad hoc ut sic Populus ad supplications, praevio Sancto Sacrificio, se prepararet.

§. I. Initio Processionis cantatur Hymnus: *Te Deum laudamus, etc.*

11. 12. 13. 14. Hymnus iste, qui SS. Ambrosio, et Augustino tribuitur per Gavant. T. 2. sect. 5. c. 19. plenus est laetitiae, et propterea in signum gaudii pro gratiis obtentis cantatur, etiam si illa die reticendus esset in officio, eo quia ratio solemnitatis id postulat, nec processio in hoc concordare debet cum Missa; non enim est pars officii, Gratiae itaque principaliiter Sanctissimae Trinitati redduntur, quemadmodum etiam

## PRECES DICENDAE IN PROCESSIONE

PRO GRATIARUM ACTIONE,

### TITULES DECIMUS TERTIUS.

#### SUMMARIUM.

- 1 Ingrati execrantur a Deo.
- 2 Processio haec indicenda illico post obtentam gratiam.
- 3 Populus habet jus ad promovendam istam Processionem.
- 4 Gratiae tribus modis reddi possunt.
- 5 In Processione haec Gratiae redduntur secundo modo.
- 6 Color Paramentorum adhibendorum.
- 7 Viae ampliores de designari debent.
- 8 Viae ornari deberent ad laetitiam.
- 9 Hora hujus Processionis statpenda a Magistro Caeremoniarum.
- 10 Missa celebranda esset pro Gratiarum actione.
- 11 Hymni *Te Deum etc.* Autor.
- 12 Processio non concordat cum Missa.
- 13 Gratiae principaliter Sanctissimae Trinitati redduntur.
- 14 Psalmi, et Cantica sunt jubilationis.

1. 2. 3. Aequum est, ut accepto a Deo insigne aliquo Beneficio ad commune Bonum spectante, reddatur illi debita Gratiarum actio: Ingrati enim, et Beneficiarum immemores execrantur a Deo, atque indigni fiunt, ut novas gratias accipiant: unde S. Bernardus in *Ser de Ingrat.* inquit: *Ingratitudo est Ventus urens, fontem pietatis excans, et fluenta gratiae non recipiens.* Quapropter statim ac Precibus Populi sui indulserit Deus, eumque ab aliqua Calamitate liberavit, vel illi gratiam aliquam satis desiderataam elargitus fuerit, cura erit Primi Sacerdotis in loco, nempe Episcopi, sive ejus Vicarii in Civitatibus; Parochi vero in locis extra Urbes, indicere Processionem pro Gratiarum actione: quod si neglexerint, vel per

Missa pro Gratiarum actione est illa de SS. Trinitate, eo quia Deus unus, et trinus est omnium Gratiarum origo.

§. II. Deinde dici poterunt Psalmi, qui sequuntur prout tempus feret, etc.

§. III. Haec autem praedicta, prout longitudo itineris postulaverit, vel omnia, vel ex parte cantari possunt. Deinde in Ecclesia, ubi fit statio, ante Altare dicuntur, sequentes Versus, et Orationes.

15 Tum Psalmi, tum Cantica sunt jubilationis, et laetitiae, ideoque rei praesenti satis congrua, quae repeti poterunt, si longitudo itineris id postulaverit.

processio in translatione sacrarum  
RELIQUARUM.

DE

## PROCESSIO IN TRANSLATIONE SACRARUM

### RELIQUARUM.

### TITULUS DECINUS CUARTVS.

### SUMMARIUM.

- 1 Reliquiae Sanctorum de fide sunt veneratio dignae.
- 2 Non propter se ipsas, sed in ordine ad Sanctos.
- 3 Imagines venerantur in ordine ad Prototypum.
- 4 Reliquiae veniunt appellacione rerum pretiosarum.
- 5 Translatio Reliquiarum solemni ritu facienda.
- 6 Translationes nonnullarum insignium Reliquiarum.
- 7 Finis harum Processionum.
- 8 Translatio Reliquiarum fit multiplici ratione.
- 9 Fieri debet ab Episcopo, et sine licentia Papae.
- 10 Destrucio Ecclesiae est potior ratio pro translatione Reliquiarum.
- 11 Recognitio Reliquiarum fieri debet per Ordinarium.
- 12 Reliquiae a Coemeteriis Urbis translate, cognito de authentica, possunt in Processione deferri.
- 13 Haec Processio inter extraordinarias collocanda.
- 14 Pro Reliquis insignibus tantum fit Processio.
- 15 Reliquiae insignes quaenam sint.
- 16 Non est scandalosum, quod dicatur corpus ejusdem Sancti servari in duplice Ecclesia.
- 17 Ornatus Ecclesiae quomodo esse debeat in hac occasione?
- 18 Viae ornari possunt ad libitum.
- 19 Translatio Corporis B. Joannis de Tussignano Episc. Ferrariae et S. Apollinarii Cenii.
- 20 Duo colores tanum adhiberi possunt.
- 21 Violaceus color in quo casu adhiberi possit.
- 22 Lumina accensa deferenda sunt.
- 23 Lumina quando extingui debeant?
- 24 Litaniae canendae.
- 25 Nomina Sanctorum, quorum Reliquiae sunt, inseri debent in Litaniis.
- 26 Antiphona, Hymni, et Psalmi, sunt letitiae.
- 27 Baldachinum adhiberi potest.
- 28 Insensations quoque licent.
- 29 Populus non est benedicendum cum Reliquiis Sanctorum.
- 30 Prior in ordine deferre debet Reliquiam.
- 31 Dignior locus cedendum est Clero Saeculare.

1 2 3 Ea potissimum ratione, qua Sanctorum Anima in Coelis venerantur, venerari quoque debent eorum Reliquiae in Terris: est enim de fide, illas esse veneratione dignas; prout definivit *Concilium Trid. sess. 25. decr. 2.* et ex post, Gregorius XIII. qui Reliquias Sanctorum venerandas esse decrevit; non tamen propter se ipsa, sed respective, et in ordine ad Sanctos, seu Animas beatas, quibus fuerunt unitae, sicut adorantur Imagines in ordine ad Prototypa, *Quart. de Process. punct. 15. n. 121.* cum S. Thoma.

4 5 6 Quapropter cum Reliquiae veniant appellatione rerum pretiosarum Ecclesiae, *S. C. Ind. in Januen. 16. Septem. 1710.* non simplici, sed solemnni ritu illarum Translationem faciendam esse, omnes Doctores definiunt, exemplo Patrum antiquorum, qui non sine magna pompa, opus tam grande prefecerunt, narrat enim Gretser, *de Process. lib. 1. cap. 12.* et Quart. d. loc. a secundo Concilio Nicaeno commendatam fuisse Processionem solemniter factam in translatione Reliquiarum S. Anastasii Martyris, et a S. Augustino summis laudibus celebratam fuisse Processionem factam a S. Lucillo Episcopo in translatione Reliquiarum S. Stephani Protomartyris. Neconon patet, a S. Hieronymo contra Vigilantium, laudibus extolli Processionem factam in translatione Reliquiarum S. Samuelis Prophetae, cuius Religionis insignia reliquit exempla Sanctus Carolus Borromaeus, ut late referunt Acta Mediolanen. Ecclesiae, et S. Th. p. 4. q. 25. art. 6.

Multa insuper habentur de solemnni ritu harum translationum apud Durant. *lib. 2. cap. 10. num. 4. in fine:* Sed multo majora disputabilia, atque Sacrae eruditio plena in materia Reliquiarum habentur apud Ricciul. *Lucubr. Eccl. l. 1. per tot.* Nos vero quae ad Ritum spectant, pro translatione eaurundem Sacrarum Reliquiarum tantummodo, pertractantes, his contenti erimus, quae ad hujusmodi Ritum explicandum, illustrandumque sufficient.

7 Finis namque harum Processionum sanctior esse non potest: intendit enim Ecclesia nedum exhibere cultum, et honorem Sanctis; sed insuper, et praecipue fideles, et omnem Populum excitare ad eorum sequenda vestigia.

8 Multiplici ratione fieri potest Sacrarum Reliquiarum translatio, semper vero ab Episcopo, et absque Papae licentia, ut respondet Fagnan. *in cap. 2. tit. 45. n. 15.* neconon ob justam causam. Vel agitur de revelatione alicuius Sancti Corporis, quod venerationi et cultui exponi debeat, vel de translatione ab una ad aliam Ecclesiam, ad ibi perpetuo standum, vel demum de Processione solummodo cum Sacris Reliquiis ab una, ad eandem Ecclesiam transferendis.

9 10 Quacumque de causa fiat ista Translatio, seu Processio, semper magna cum solemnitate perfici' debet, adeout

Castaldus in *Praxi. lib. 2. sect. 10. cop. 4.* et Corsett. *Tract. 1. p. 1. c. 19.* praecipuas circa hunc Ritum instituerit disceptationes caeteris longiores, in quibus totus Ritus adhibendus prescribitur, ut recte, et distincte compleatur: ad quos scriptores Lectorem meum remitto. et ad Rubricam nostri tituli me confero, pro cuius optima, et clara intelligentia afferam *Text. in can. corpora 36. de consecr. distinc. 1.* ubi habetur, quod *Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transferre presumat sine concilio Principis, vel Episcopi sanctaeque Synodalis licentia.* Nec potior ratio harum translationum haberi potest, quam destructio, seu translatio Ecclesiae, vel loci Sacri ab uno ad alium locum. Vide Ursaya *T. 1. p. 2. d. 7. per. tot. et praesertim. n. 9.*

11 12 13 Unice tantum hoc prae caeteris animadvertendum, praemittendumque est: ante omnia debere fieri recognitionem Reliquiae per Ordinarium, et bene perpendi, an de authentica veritate constet ejusdem, et de his omnibus publica descriptio, et documentum per Notarium fieri debere, ut tuto, et sincere possit Reliquia transferri, et exponi publico cultui. Quibus omnibus pro regula generali addo, Reliquias e Romanis Coemeteriis extractas in Processionibus deferri posse, cognito prius de earum authentica, ut resolvit *S. C. Ind. sub. die 19. Januarii 1711.* Authentice itaque debet constare de illarum identitate, non per conjecturas, et verisimilitudines; sed per legalia, ei authentica documenta, quemadmodum practicavit dicta *Sac. Congregatio sub. die 23. Februarii 1711. in Veneta.* relat. ab Ursaya *T. 3. p. 2. d. 24. n. 55.* Quo facto, tunc Processio indici potest pro Translatione, quae inter extraordinarias reponitur per Durant. *l. oit.*

14 Notandum insuper est, non omnes reliquias a nostro Rituali designari, sed tantummodo *insignes:* unde si haec conditio non verificaretur, non essent indicandae neque processiones, neque solemnies translationes.

15 Quaenam vero dicantur Reliquiae insignes, habemus ex Gavant. *Man. Epis. verb. Reliq. n. 45. et p. 1. tit. 11. lit. h.* Suntque Corpus integrum, Caput, Brachium, Crus; quibus S. R. C. sub. die 28. Aprilis 1628. addidit partem illam corporis, in qua passus est *Martyr;* modo sit *integra,* et non *parva,* prout esset dens S. Apolloniae Virginis, et *Martyris,* Pellis S. Laurentii *Martyris,* et hujusmodi, Ricciull. *d. l. 1. cap. 36. per tot.*

16 Circa vero totum integrum corpus alicuius Sancti, illud advertendum est, non esse scandalum in Ecclesia Catholica, si dicatur Corpus alicuius Sancti asservari in duplice, seu multiplice Ecclesia; nam quando Reliquia illius est insignis, et non exigua, mos est illam corpus appellari, non vero partem. Sic

in Precibus ab Ecclesia adhibitis pro Benedictione Vasorum in quibus asservari debent Sacrae Reliquiae legitur: *Quatenus Fideles tui magnitudine beneficiorum tuorum, in parte modica Reliquiarum, integra Sanctorum corpora se percepisse gratularentur*, Sarnell. *Epistolar. Ecclesiastic.* T. 3. ep. 8.

Inter insignes Sanctorum Reliquias Catholica Ecclesia non solum corpora, seu partes, et membra, sed ossa nuda, Sanginem, Veste, Res ab iis usu habitas, Instrumenta Passionis, et suppliciorum, Careceres, Vincula Catenas, Lapidem, Sepulchra etiam vacua, enumerat, quia saepe contingit corpora Sanctorum de loco ad locum transferri, quo easu primum Sepulchrum remanere adhuc venerabile docet Ricciull. d. *Lucub.* lib. 1. cap. 11. num. 2. Non quia corpus in eo jaceat, sed quia jacuit, tactuque sacramatum est.

§. I. Ecclesia et viae per quas transeundum est, quam fieri petest, decentius ornentur.

Iste ornatus intelligi debet semper quando fiat Translatio solemnis, non vero privata, habita ratione ad causam, propter quam fit ista Translatio, quae causa triplex enumerantur a Ricciull. d. cap. 42. num. 1. 2. alia est necessitatis, alia difficultatis, alia demum voluntatis: ex istis rationabilis est prima, prout sub num. 10. hujus tituli demonstratum fuit; Sed rationabilorem tenet tertiam, nempe voluntariam, Ricciull. d. num. 6. quando praesertim agatur de Reliquiis in decentiorem locum collocandis, C. si quis vult, 16. q. 7. lib. fin. ff. de mortuo infer. lib. statuas 7. C. de Religiosis, et sumpt. fun. glos. in d. cap. tribus, verb. difficultas, vers. quarta causa. Causa igitur hac movente.

17. 18 Ecclesia ornanda est prout videbitur illius Rectori, vel illi, qui pro talium Reliquarum Translatione majus interesse habet. Viae vero ornandae erunt ad libitum pietatis, et devotionis Fidelium. Designandae insuper sunt a Ministro Sacrar. Caeremoniarum commodiores, et ampliores, quae tamen perducant ad praefixum finem, Fidelium industria erit trophyea, et signia Sancti illius, de quo sit translatio exponere, necnon symbola ad eum congruentia.

19 Vidi ego hic Ferrariae in translatione Corporis B. Joannis de Tusiniano Episcopi Ferrarensis facta ad ann. 1712. de mandato Cad. de Verme tunc Episcopi hujus Civitatis, ab antiqua Ecclesia PP. Jesuotorum, ad noviter aedificatam S. Hieronymi PP. Excalceatorum Carmelitarum, vidi, inquam, per vias expositas plures tabulas affabre pictas, et demonstran-

tes acta, et prodigia ejusdem Beati Antistitis: per quas Tabellas excitabatur magna veneratio in Populo adstante, qui ut plurimum ignorat acta mirabilia, et portentosa illius. Ex qua veneratione oriuntur multae utilitates tum spirituales, tum corporales, quas enumerat Ricciull. d. c. 28. 29. Sed illa praecipua est, quod Sanctorum Reliquiae nobis proponuntur tamquam Imagines, ut vitam moresque nostros: exemplo eorum componamus: viva enim fuerunt membra Christi, et Templum Spiritus Sancti, Conc. Trid. Sess. 25.

Magis ac magis solemnem Translationem viderunt Ferrarenses de recenti, tunc quando insignis Reliquia Sancti Maurelii Episcopi et Martyris neenon hujus Civitatis compatrioni, extracta ab ejus corpore quod in Ecclesia S. Georgii Martyris extra muros asservatur, et in argentea, magni pretii theca recondata, expensis Eminentiss. Card. Ruffi Episcopi translata fuit ad Ecclesiam Cathedram anno 1725. die 13. Junii, id dicta solemnissima totius Cleri, et Populi Processione magnificentissimo apparatu, et vere tantae rei convenienti, adornata. Nec omittenda venit solemnis translatio veri Corporis S. Aproniani Martyris habita hoc anno 1651. ad insignem Ecclesiam Collegiatum S. Blasii oppidi Centi, vere omnibus numeris magnificentissima, atque aeterna recordatione dignissima, pro cuius felici, et memorabili eventu, D. Jo. Antonius Rancini Sacrum caeremoniarum magister in dicta Collegiata multum, enixe et ad honorificentiam insudavit.

§. II. Sacerdotes, et ministri vestibus induti albi, vel rubrei coloris, prout Sancti, quorum Reliquiae transferuntur, exposcent, et cum luminaribus accensis, omnibus procedant, decantantes Litanias cum invocatione Sanctorum, quorum Reliquiae deferuntur, et Hymnum *Te Deum* et Psalmum, *Laudate Dominum de Coelis*, etc. cum duobus sequentibus, et alios Psalmos, et Hymnos de Proprio, vel de Communi eorum Sanctorum, quorum Reliquiae transferuntur.

20 Duo tantummodo colores, ex quinque Ecclesiasticis, sunt qui adhiberi possunt in processione, et translatione aliqui Sac. Reliquiae; demptis enim Martyribus, et illis Reliquiis, quae ad Dominicam Passionem pertinent, caeteri Sancti cujuscumque ordinis hierarchici sint, colore albo consociandi sunt, atque ideo Rubrica dicit *Albi*, vel *Rubri coloris*.

Com. T. III.—P. 13.

21 Sed posset dari casus, in quo adhibendus esset color violaceus; nempe si fieret translatio Reliquiae insignis aliquius ex Sanctis Innocentibus, pro quibus (non obstante quod occurrant infra octavam Nativitatis) Ecclesia adhibet colorem Violaceum, ut ex Rubricis Missalis constat. Nihilominus in contrarium resolvendum duco, dum lego Gavantum *T. 2. sect. 6. cap. 6. nu. 7.* Colorem Rubeum concedere SS. Innocentibus si titulus Ecclesiae esset talis prout illis conceditur ratione Dominicæ, in qua non est dolendum. Si itaque *non est dolendum* ratione Dominicæ, vel ratione tituli Ecclesiae, et per hoc concedendum est color Rubeus Martyribus conveniens, cur erit dolendum in solemní die translationis eorum ossium, pro quibus instituta est illa solemnitas? Igitur optime instruit Rubrica praesens dum dicit, *Albi, vel Rubri coloris,* quia nullus alias color in hujusmodi Processionibus est adhibendus.

22 23 Luminaria accensa in manu omnium procedentium esse debent: cum enim triumphalis sit haec Processio, haec lumina speciem triumphi renovant, nam faces accensas extollere mos erat in antiquis triumphis; *Alex. ab Alex. l. 4. et Panvin. l. 2.* Circa distributionem cereorum nonnulla scitu digna adnotat Castald. *d. l. n. 16.* et praecipue circa modum illos extinguendi. Dicit itaque: *Deputatos ad distribuendos cereos, cum aliis sibi ad hoc munus ministrantibus, pariterque ad ipsos accendendos (Magister Caeremoniarum) designabit.* Cum autem Processio redierit, idem a suis adjutus opportune, ut extinguantur invigilabit, habens ad hoc parata vasa cum Aqua, ne fumo Ecclesia abumbretur, et deturpetur: in capsulis item extincta funeralia reponenda curabit.

24 25 Litaniae porro erunt consuetae Sanctorum, sine tamen Precibus Poenitentialibus, quia Processio haec est laetitiae, non poenitentiae. Nomina vero Sanctorum, quorum reliquiae transferuntur, si in Litaniis non numerentur erunt hac occasione inserenda suo loco, juxta eorum ordinem hierarchicum; et habere possunt pro hac vice in illo ordine primum locum, ratione solemnitatis sibi dicatae, et pro illis institutae: neque attendenda est hac occasione, prohibitio illa per Decretum Pontificium emanata, et alias a novis allegata. Non licere Sanctorum nomina Litaniis, nisi a S. C. R. sint approbata, ex Decreto *Sac. R. C. 22. Martii 1631.* quia solemnitas particularis superat omne Decretum, Pignatell. *T. 5. Cons. 27. num. 9.* Neque Nomina haec ponuntur in Litaniis, ut in perpetuum ibi maneant, sed tantummodo in illa occasione, pro illorum invocatione facienda, juxta praescriptum a Rubrica.

26 Antiphonæ, Hymni, et Psalmi decet, ut sint laetitiae, et solemnitati convenientes, ideoque optime erit illos ex officio seu proprio, seu communi desumere, atque si tempus sup-

perat, repetere. Te Deum vero cantabitur eo tempore quo Reliquiae Ecclesiam intrant.

27 28 29 Omnia alia demum, quae in particulari, et simplici solemnitate illorum Sanctorum esse in usu non solent, possunt occasione hujus translationis adhiberi, nempe *Baldachinum.* Casal. *d. l. n. 13.* Incensationes, *d. n. 26. 27.* quamvis ex Decreto *Sac. C. R. in Lucana 20. Aprilis 1602.* Reliquiae Sanctorum non sint incensandae, nisi cum incensantur oblata in Missa solemnzi, Barbosa collect. *Verb. Reliquiae,* et alia: ubi notandum, Reliquia transeunte ante Ecclesias Regularium, istos cogi non posse ad illam thurificandam: posse tamen hortari, ut notat Pignatell. *cons. 53. per tot. T. 1. et signanter n. 4.* Non autem benedici debet Populus cum dictis Reliquiis, nisi sint Sanctæ Crucis, Castald. *d. n. 27.* Sed Episcopus si adsit, solemniter Populo benedicet.

Ista Benedictio cum Sacris Reliquiis tunc tantum permittitur, quando fiat Processio cum dictis, pro impetranda aliqua gratia ab illis, videlicet pro impetranda pluvia, vel aeris serenitate, vel pro fluminum intumescentia coercenda: tunc benedicitur aer, flumen, etc. praecedente cantu Antiphonæ, et Orationis.

30 Denique Reliquiam deferre in Processionibus, ad Priorrem conventus unde Reliquia sunitur, pertinet, vel alicui Sacerdoti, nusquam vero laicis. Sed regulariter debent Ordines seu Clerus Regularis cedere dignorem locum Clero Saeculari; ita habemus per plura Decreta allegata a Barbosa collect. *verb. Processio;* et praecipue in *Senogallien. Montis Albod. 24. Septemb. 1605.*

Caetera, et quidem plura Reliquiarum Translatione habebis apud Castald. alias allegat. *Prax. lib. 2. sect. 9. cap. 4.* et Ricciull. *Lucubr. Ecol. lib. 1.*

- 34 Verba Sacrae Scripturae repetenda sunt.  
35 Diabolo nihil credendum.  
36 Exorcista non debet opus imperfectum relinquere etiamsi longum sit.  
37 Affectio Daemonica potest apparere infirmitas naturalis.  
38 Diaboli impedimenta ne liberentur obsessi.  
39 Praeceptum tacitum faciendum super energumeno.  
40 Visiones, Somnia, et Appartiones sunt tormenta a Diabolo.  
41 Magorum auxilium implorandum non est.  
42 Fraus Daemonis in relinquendo Energumenum, in puris naturalibus.  
43 Oratio } sunt arma potentissima contra  
44 Jejunium } Diabolum.  
45 Daemon delectatur crapula.  
46 An exorcista, vel energumenus debeat esse jejonus?  
47 Exorcistas debent se parare per dies ad hoc opus.  
48 Triduum Jejunium ab aliquibus statuitur.  
49 Alii praescribunt jejunium unius diei.  
50 Locus aptus ad exorcizandum est Ecclesia.  
51 Exorcizatio debet semper fieri cum assistentia arbitrorum.  
52 Quinam debeant esse praesentes ad exorcismos?  
53 Tempus exorcizandi Energumenos.  
54 Daemonies suscitare possunt tempestates Deo permittente.  
55 Tempore Bladarium, et fructum non sunt Exorcizandi Obsessi.  
56 Sacramenta poenitentiae prodest Energumeno.  
57 An permitti possit energumenis sumptio Eucaristiae?  
58 Qui muniendi, et qui privandi sint hoc Sacramento.  
59 Crucis signo Daemones repelluntur.  
60 Reliquiae sanctorum maxime ad id valent.  
61 Reliquiae quomodo exhibendae energumenis?  
62 Eucaristia non est ponenda super caput Obsessi.  
63 Verbositas fugienda ab exorcista.  
64 Exorcista studere debet obedientiam Daemonis.  
65 Daemon aliquando fingit Divinitatem.  
66 Animae Defunctorum non vagantur per aliorum corpora.

1 Inter Remedias Divinas, et Spiritualias, seu Ecclesiasticas ad liberandos a Diabolo obsessos, praecipuum locum tenet *Exorcistatus*: estque Ordo, nempe Sacramentum a Christo Dominino institutum tunc, cum *convocationis duodecim Discipulis suis*, dedit illis potestatem *Spirituorum immundorum*, ut ejicerent eos, et curarent omnem languorem, *Math. 10*. unde nemo est, qui dubitare possit de hujusmodi Ecclesiastica potestate, quam usque a primis temporibus exercerant Apostoli, ut *Lucas scribit in Actis*, et *Ignatius Martyr in Ep. Antioch.* quos refert *Martinus del Rio disquis. mag. lib. 6. cap. 2. sect. 3.*

2 Post Apostolos, initio nascentis Ecclesiae Clericis in hoc Ordine constitutis munus exorcizandi committebatur, quia tunc tanta erat Energumenorum copia, ut quasi Greges ad Ecclesiam accederent, teste *Greg. de Valentia tit. 4. disp. 6. q. 1. punc. 3.* Insuper multa erat copia Baptizandorum, a quibus Daemonia ejicere oportebat; pauci enim erant tunc Sacerdotes, *Turrecrem. in cap. Sacerdos, de consecr. dist. 4.*

4 Tractu temporis vero, per Episcopos ista facultas Clericis sublata fuit, quamvis in exorcistatus ordine constitutis, ob multa scandala; quae in dies oriebantur, ex eorum imperitia:

## EXORCIZANDIS OBSESSIS

A DAEMONIO,

### TITULUS DECIMUS QUINTUS.

#### SUMMARIUM PRIMUS.

- 1 Exorcistatus Ordo ad hoc institutus.
- 2 Apostoli hunc Ordinem exercuerunt.
- 3 In nova Ecclesia Clerici exorcistae hoc fecerunt.
- 4 Facultas, seu jurisdictio sublata fuit Clericis ab Episcopis.
- 5 Episcopus solus facultatem tradit exorcizandi.
- 6 Aetas, et alia requisita in exorcista.
- 7 Formula hujus facultatis.
- 8 De jure quilibet ordinatus exorcista potest ordinem exercere.
- 9 Ex communis praxi pertinet ad Sacerdotem.
- 10 Exorcista, cum sit Sacerdos, potest benedicere.
- 11 Clericus peritus in exorcizando, potest dispensari.
- 12 Si in actu exorcizandi adisset Sacerdos, Clericus debet desistere.
- 13 Quae necessaria sint in perito exorcista?
- 14 Exorcismi operantur Divina virtute.
- 15 Exorcista debet esse alienus ab Avaritia.
- 16 Sancta Sancte tractanda.
- 17 Constantia necessaria Exorcistae.
- 18 Exorcista debet esse humilis.
- 19 Humilitatis virtutes, et effectus.
- 20 Aetas matura esse debet in Exorcista.
- 21 Gravitas, et maturitas morum consideranda in Exorcista.
- 22 Exorcista debet artem didicisse a libris.
- 23 Philosophiam naturalem, et Theologiam callere debet.
- 24 Non omnes qui videntur Daemoniaci, sunt tales.
- 25 Daemon est febris secundum Platonicos.
- 26 Mulieres facile se fingunt Daemoniacas.
- 27 Signa ad cognoscendas maleficia.
- 28 Causae propter quas Deus permitat Daemones vexare corpora.
- 29 Multi morbi a Daemoni procedunt.
- 30 Experimenta facienda ab exorcista.
- 31 Verba habent vim ex institutione Dei.
- 32 Verba Sacrae Scripturae maxime valent,
- 33 Daemones timent verba Sacrae Scripturae.

nam quamvis istud remedium spirituale ab omni periculo, et suspicione careat, animae semper prospicit, corpori vero numquam noceat, nihilominus cum maxima cautela adhibendum est, ut effectum suum sortiatur. Propterea inter munera Episcopalia illud hodie est, non solum exorcistatus ordinem conferre, sed post illud, facultatem quoque, et jurisdictionem impertendi cui magis videbitur; nam antequam quis exorcistatus officio utatur, de multis docendus, et instruendus est, ut rite et recte ilud perficiat.

6 Quamvis itaque in hunc Ordinem assumpto, confessim Daemones abiurare (quod proprie Exorcistae nomen designat) ac expellere ex vi Ordinis licet; attamen receptae potestatis, non nisi ex Superioris, hoc est Ordinarii, concessione, plenum sibi ministerium relaxatur. Nihilominus ne inutilis in Clericis videatur iste Ordo, si communicaturis Energumenis, vel venerationi, vel perceptioni Sanctissimae Eucharistiae videatur nefarius obsistere spiritus, ejus interdum increpare audaciam, retundere superbiam, ac sistere conatum humili depreciatione ad Deum praemunitus, nequaquam Exorcista prohibetur. Et idem dicitur ut obsessos a Daemone reddat aptos ad interessendum Sacrificio Missae. Itaque in hunc Ordinem cooptandum, ut recte, et fructuose se gerat in suo munere, et latio sermone cultum, et probitatis vitae cultorem esse oportet: prout docet Cabrim. *direct. ordin. de exorcist. Ordine. cap. 15. in Praefatione.*

Igitur Sacerdoti petenti facultatem exorcizandi, seu potius jurisdictionem ampliativam facultatis in Ordine receptae, solus Episcopus concedere potest, vel ejus Vicarius, Barbos. *de Ep. p. 2. alleg. 11. numer. 11.* Sed nulla, quod sciam, apud Scriptores extat formula hanc facultatem concedendi, et quod gravius est, neque diligentissimus Monacellius in ejus *Formulario Legali practico*, illam exhibet, quando signa refert Daemoniaci agnoscendi. *T. 3. t. 1. for. 47. adnot. 4.*

Verum, ut pro meis viribus omni expectatione satisfaciā, hanc formulam, ad instructionem Cancellariorum Episcopaliū afferam, quam mihi humanissime tradidit Dominus meus Michael Archangelus Berti, dignissimus Ecclesiae Ferrariensis Praepositus, quem honoris causa nomino, estque talis formula illa, quam ipse adhibebat tunc, cum Vicarii Generalis munus implebat, tam Ferrariae, quam in aliis Civitatibus. Tenor autem Formulae hujusmodi facultatis hic est.

#### FORMULA LICENTIAE EXORCIZANDI.

7 "Tibi R. N. cuius probata vita, laudabiles mores, et fidei constantia propriae idoneitatis praebent testimonium, facnl-

"tatem concedimus (non uteris tamen a Kal. Maji ad Kal. Novemboris) Exorcizandi a Daemonibus obsessos, in Ecclesia, non ante Solis Ortum, nec post ejusdem Occasum, admissis tantum aliquibus probatae vitae Sacerdotibus, expulso reliquo. Populo: et quatenus exorcizanda sit Mulier, ad eam non approximeris plusquam exigat modestia, et coram pluribus ejus consanguineis, aut affinibus id semper agas. Cautum insuper te volumus, ne illo quaestu, ac mercedis spe movearis; imo nec aliquid recipias, quod pro suscepto onere remunerationis umbram gerat. Utaris quidem ritualis Romani instructione, non vero precibus, et conjurationibus in ipso rituali non contentis, et a Catholica Ecclesia non approbatis: quare pocula Obsesso non propines, nec Unctionibus, parvis Crucibus, aliisque insolitis Ritibus utaris.... Praesentibus ad.... valituris. In fidem, etc."

*N. Episcopus, etc.*

*L. ✠. S.*

*N. Cancellarius.*

Hac munitus facultate, et jurisdictione Sacerdos (quae in scriptis esse debet juxta allegata a *Sacerdotal. Brixinen. et Act. Mediol.*) priusquam hoc munus exerceat, diligenter attendat quae in generali Ritualis Romani Rubrica circa modum exorcizandi, exponuntur, videlicet.

§. I. Sacerdos, seu quisvis alias legitimus Ecclesiae Minister, vexatos a Daemone exorcizaturus, ea qua pars est pietate, prudentia; ac vitae integritate praeditus esse debet: qui non sua sed Divina fretus virtute, ab omni rerum humanarum cupiditate alienus, tam pium opus ex charitate constanter, et humiliter exequatur. Hunc praeterea maturae aetatis esse decet, et non solum officio, sed etiam morum gravitate reverendum.

8 9 10 Quamvis ministerium exorcizandi, quilibet exorcista rite ordinatus exercere possit, *Can. perfectis, dist. 25.* tamen, ex communi Ecclesiae praxi, ad Sacerdotes proprie, ac principaliter pertinet, ob dignitatem adeo eminentem, per quam super Angelos, et Daemones evanhuntur. Ratio notissima est, quia, cum praeter exorcismos perfici quoque debeat multae Benedictiones, cum haec omnia explere nequeat simplex exorcista, convenientius fiunt per Sacerdotem.

11 Neque per hoc quod Rubrica dicit: *Seu quilibet alius legitimus Ecclesiae minister*, intelligi debet de Sacerdote in genere loquendo, sed respective; nempe si daretur casus, in quo Sacerdos peritus non adesset, et e conversus, Clericus reperiatur bene instructus, tunc Clerici exorcistae munus esse hoc officium praestare. Ubi nota, quod per ly *legitimus*, venit ille tantum, qui potestatem habet delegatam, seu facultativam ab Ordinario. Caeteri possunt esse Ministri, sed non legitimi, quia ab Ordinario non approbat:

12 In casu vero, quod Clericus exorcista munus istud exerceret se ab illo abstinere deberet, si adesset praesens aliquis in supremo Ordine constitutus, qui solus, hac nostra aetate, officium pellendi Daemones prestaret, Barbos. *de Ep.* p. 2. art. 11. num. 11.

13 *Pietate, prudentia, Integritate, etc.* Tria haec potissimum necessaria sunt in perito exorcista: Pietas, ut fidem alteri instillare valeat: Prudentia, ut nonnisi quae fieri possunt, tentent: Vitae integritas, ut Daemon illud redarguere non valeat Evangelico sarcasmo: *Medice cura te ipsum*, Luc. 4.

14 *Divina fretus virtute, etc.* Exorcista non de sua, sed de Domini presumere debet virtute, prout narrat M. del Rio, *disq. Mag.* l. 6. sect. 1. c. 2. fecisse B. Urimarum Episcopum. Christus enim, qui exorcismos instituit, atque adhibuit, virtutem illis tradidit supernaturalem, ut docet P. Thyraeus p. 3. *de Daemonicac.* c. 43. nam satis ridiculum est, putare res posse effigi naturales, quae naturaliter operando Daemonem cogant, qui factus est ut nihil timeat. Torreblanc. l. 4. c. 6. num. 20.

15 16 *Cupiditate alienus, etc.* Ad hunc locum spectant quae diximus in Titulo primo generali: *De his quae in Sacramentorum administratione generaliter servanda sunt*, §. 13. Et quamvis Exorcismi non sint Sacraenta, sed Sacramentalia; at tamen haec quoque ab omni avaritiae, et cupiditatis labore immunita esse debet, quia Sancta sunt, et Sancte tractanda, ut alibi diximus. Quapropter in formula licentiae exorcizandi, hoc maxime incultatur, ut hoc pacto argumentum omnimodae avaritiae auferatur; et ita Haeretici redarguere nequeant opus tam prolixum, tanquam ad emungendas pecunias institutum, *Conc. Provinc.* 2.

17 18 19 *Constanter et humiliter exequatur.* Cum maxima versutia Diabolus praeditus sit, omnes vias tentat, ut exorcistam taedio afficiat, longa, et diurna pertinacia permanendo in corpore obsessi. quare qui constantis, et intrepidi animi virtutem habere desperat, non vincit, sed vincitur a Diabolo pertinaci. Humilitas porro est virtus ex diametro opposita Diabolo, qui Pater est superbior, et propterea contra eundem magnam virtutem habet, et a S. Bernardo, *Serm.* 85. vocatur flagellum Diaboli: sicut in humilitate salus custodiatur,

et eadem vincitur superbia, *Sylveira in Evang.* T. 1. l. 2. q. 2. n. 5.

20 21 *Maturae aetatis, etc.* Aetas in suscipiendo Ordine exorcistatus sufficit, ut ad decimum tertium annum ordinandus pervenerit, Barbos. *d. num.* 2. sed cum haec aetas non sit praefixa a Concilio Tridentino, attendenda est quae a Canone praescribitur, ut decisum referunt Armendar. et Barbosa *locis citatis*. Quo vero ad exercitium hujus Ordinis per delegationem, matura aetas requiritur, quae annorum numero non commensuratur, sed prudentiae dono, et gravitate, seu maturitate morum. Certe necesse est, ut etiam in exteriori aspectu, exorcista venerabundus sit, nec nimis Hominum familiaris, quo fit, ut ab aspectu ejus quandoque deterreantur Daemones.

§. II. Ut igitur suo munere recte fungatur, cum alia multa sibi utilia documenta, quae brevitatis gratia hoc loco praetermittuntur, ex probatis Authoribus, et ex usu nosse studeat, tum haec pauca magis necessaria diligenter observabit.

22 23 Ne Exorcista in varios incidat errores, atque ne in judicando de maleficiis caecutiat, ac se ipsum, et aegros in foveam praecipiter, praeter morales virtutes, quibus imbutus, esse debet, necesse est quoque, ut artem hanc e libris ediscat et pree omnibus Philosophiam naturalem, et Theologiam calleat, ut recte diagnoscat remedia, quae in casibus occurribus adhibenda sint.

§. III. Imprimis, ne facile credat, aliquem a Daemonie obsessum esse, sed nota habeat ea signa, quibus obsesus dignoscitur ab iis, qui vel atra bile, vel morbo aliquo laborant. Signa autem Daemonis obsidentis sunt: ignota lingua loqui pluribus verbis, vel loquentem intelligere: distantia, et occulta patetfacere: vires supra aetatis, seu conditionis naturam ostendere, et id genus alia, quae cum plurima concurrunt, majora sunt indicia.

24 25 26 Si omnes illi, qui Daemonicaco morbo se laborare dicunt, vere Daemonicaci essent; pene totus Orbis esset a Daemonie obsessus, et praecipue totus Foeminarum gressus.

Com. t. III.—P. 14.

quemcumque enim morbum (qui plures sunt) incurabilem reputant, hunc cum Daemonem partem habere concludunt, ac si vera esset, et irrefragabilis, opinio, et sententia illa Plotini, et Marsili Ficini, omnem Febrem Daemonem esse *Ennead.* 4. 2. Quare prudens Exorcista illud in primis corde recognitabit, a Spiritu Sancto nobis traditum: *Qui cito credit, levis est corde.* *Ecclesi.* 19. Ex centum enim corporibus, quae a Daemoni obsessa dicuntur, vix duo erunt vere maleficiata, et haec ut plurimum erunt Foemellarum, quae plurimis morbis obnoxiae esse solent, et fingunt se esse Daemoniacas, licet non sint, Monacell. d. p. 3. t. 1. for. 47. n. 4.

27 28 29 Quare ad dignoscendam, quantum fieri possit, hanc veritatem, Rubrica nostra plura signa affert, per quae vere discerni possit morbus fictitius a reali, et naturalis a supernaturali: Sed praeter haec signa allegata a Rituali, multa alia affert Sacerdotale Brixinen. *dist. 10. c. 26. num. 3.* multa Martinus del Rio *disq. Magic.* l. 6. qu. 3. sect. 2. a Monacell. d. l. distincte enumerata. Hoc unum tantum dicam, Deum permettere, Daemonem introire in hominum corpora, et ea vexare pluribus de causis. Quod autem arte et potentia Cacodaemonum, Deo permittente, hi, et alii mirabiles morbi procurentur et causentur in corporibus humanis, in vindictam scelerum impiorum, aut in meritum Coronae pii, probat auctoritate Sacrae Scripturae, Sanctorum Patrum, Doctorum et exemplorum Stengel. *Mund. theor.* l. 4. cap. 18. per. tot. ubi ait: negantes morbos nonnullos a Daemonibus provenire, inter Ethnicos, et Atheos esse annumerandos.

§. IV. Haec autem ut magis cognoscat, post unum, aut alterum exorcismum, interroget obsessum, quid senserit in animo, vel in corpore, ut sciat etiam ad quaenam verba magis Diaboli conturbentur, ut ea deinceps magis inculcat, ac repetat.

30 31 32 33 Ea quae in hoc paragrapho continentur, adeo clara sunt, ut nulla indigeant explicatione. De experimento faciendo ab Exorcista fit mentio, ut duo potissimum agnoscat, nempe, an patiens sit vere a Daemoni vexatus: hoc cognito, quae verba sint magis adhibenda ad illum fugandum: quamvis enim nulla verba vim habeant naturalem aliiquid efficiendi more agentis physici, attamen sunt quaedam verba, quae habent vim operandis ex instituto Dei, et eorum effectus est supernaturalis; del Rio d. l. 6. *Anacephal. monit.* 5. et haec verba sunt Sacra. Ex. gr. *Deum, qui te genuit, dereliquisti;* et

*oblitus es Dei Creatoris tui; Deuteron.* 32. Sive; *Ecce vicit Leo de Tribu Juda; ex Apoc.* 5. et alia Symboli Apostolici, Christi Nativitatem, Passionem, Mortem, Resurrectionem, ac Judicium extremum denotantia: quae omnia, cum Daemonibus statum felicissimum, a quo ceciderunt, Christique virtutem, ac fortitudinem, qua eorum dissipatae sunt vires, objiciant, hi superbissimi statum suum miserrimum, impotentiam, et virium imbecillitatem ad mentem sibi revocantes, summopere contristantur: a qua tristitia ut se ipsos eripiant, quos vexatos homines detinent, quandoque derelinquent, vel saltem confusi, non adeo graviter laedunt, aut acriter torquent. Insuper ad haec verba Daemones facilis commoventur, et id eo facilis signum optatum praebent evidenter de eorum incolatu in humano corpore ab illis vexato: propter quod adinonendus est, Sacerdos, ut illa saepius, et gravius repeatat, atque ad taedium perducat tam nefandum habitatorem.

§. V. Advertat, quibus artibus, ac deceptionibus utantur Daemones ad Exorcistam decipiendum: solent enim ut plurimum fallaciter respondere, et difficile se manifestare, ut Exorcista diu defatigatus desistat, aut infirmus videatur non esse a Daemonio vexatus. Aliando postquam sunt manifesti, abscondunt se, et relinquunt corpus quasi liberum ab omni molestia, ut Infirmus putet, se omnino esse liberatum: sed cessare non debet Exorcista, donec viderit signa liberationis.

35 36 De Diabolicae fraudis versutia satis constat apud homines Fideles, et communiter Diabolus appellatur deceptor impostor, falliarum, ac dolorum Artifex; ideoque nihil ei credendum esse, etiam si veritatem patentissimam promat, quia cum sit Pater mendacii, semper saltem de aequivoco timeri debet. Regula igitur generalis pro Exorcista, in hoc casu, est, ut nihil fidem praestet signis, et verbis Diaboli, atque semper de dolo formidet: nec per hoc, quod in longum procedat exorcizatio, debet Sacerdos opus suum relaxare, sed magis, ac magis insistere, et vires omnes renovare, ut tandem Inimicus taedio affectus extrudatur omnino.

§. VI. Aliando etiam Daemones ponunt quaecumque possunt impedimenta, ne infirmus se subjiciat exor-

cismis, vel conantur persuadere infirmitatem esse naturalem, interdum in medio exorcismi faciunt dormire infirmum, et ei visionem aliquam ostendunt, subtrahendo se, ut infirmus liberatus videatur.

37 38 39 Sicut quandoque infirmitas naturalis, ab aliis judicatur supernaturalis, nempe quod sit invasio Daemonis: ita aliquando evenire potest, ut affectio vere Daemonica videri possit infirmitas naturalis. In primo casu est illusio aegri sic volentis, vel sic fingentis: in secundo vero est illusio Daemonis sic conantis, ut exorcismorum remedio non succurratur Patienti. Hoc itaque est unum ex impedimentis a Textu allatis, per quae induci potest obsessus ad non se subjiciendum exorcismis: sed peritus Exorcista hoc, et alia hujusmodi impedimenta, caute advertere debet: et regula generalis est, ut Praeceptum tacitum a Sacerdote fiat supposito Energumeno, ut se manifestet. Procul dubio si tali morbo supernaturali laborat, patet; et velit, nolit, ad exorcismos accedit, tanta est Sacerdotalis potestas. Vidi ego euergenum furentem, et catenis vincetum supra currum ductum ad peritissimum Exorcistam, qui erat R. Dominicus Collina Avunculus mens, Ecclesiae Plebis Vigarani in Dioec. Ferrarien. Archipresbyter, cuius memoria in benedictione fit. Nulla humana vis Energumenum e Curru amovere valebat, ut descenderebat ad Ecclesiam, ubi a piissimo Archipresbytero Exorcista stante ad Portam majorem cum superpelliceo, et stola, exspectabatur. Itaque desperato humano auxilio, currum intra Ecclesiam trahere jam jam decreverant Rustici, et secum Energumenum factum ad instar Montis plumbi gravissimi, et immobilis: cui improbo concilio non consentiens laudatus Parochus: sistite, inquit, ad Valvas Coemeterii: Aeger, Deo dante, de se descendet, factoque tacito pracepto Daemoni, ut gravitatem omnem a miserrimo paciente auferret, solutis vinculis, ipse illico descendit, et intera Ecclesiam, ad Sacerdotis nutum se recepit tamquam agnus mansuetus, et docilis. Ecce quam renuat Daemon ab accessu ad Exorcistas, et exorcismos, et ecce quam facile ista resistentia vincatur. Sane dereliquerat eum Diabolus, sed ficte, ut Aeger liber appareret: noviter vero a Sacerdote vibratis exorcismis, se manifestavit; quorum virtute postea aufugit, liberumque Infirmum plene reliquit.

40 Visionibus demum, et somniis quandoque Daemon vexat Energumenos, neconon imaginariis apparitionibus, per quas (cum praecipue rerum Sacrarum sint) fit, ut Aeger sola divina sonniando, videatur Deo dilectus, et non in manibus Diaboli. Ista vexatio, eodem modo, quo aliae, manifestari potest, si exor-

cismi, et praecepta fiant, quorum imperio Diabolus parere tenetur.

§. VII. Aliqui ostendunt factum maleficium, et a quibus fit factum, et modum ad illud dissipandum: sed caveat, ne ob hoc ad Magos, vel ad Sagas, vel ad alios, quam ad Ecclesiae Ministros confugiat, aut ulla superstitione, aut alio modo illicito utatur.

41 Ad Energumenos spectat iste Paragraphus, a quo detegitur alia Diaboli malitia, qui non contentus vexandi corpus illius, animam quoque illaqueare studet, ut ad illicitas artes se convertat, consulendo Magos, et maleficos ab Ecclesia damnatos.

Porro id quod non licet Energumeno, neque licere debet Sacerdoti Exorcistae, cui sub poena gravissimi peccati prohibetur rogare Magum, ut tollat maleficium per aliud maleficium, ubi alia via maleficiatus sanari non possit, quia hoc nihil aliud esset quam Daemonis auxilium per Daemonem invocare, Sylvester. *in suum. verb. malef. q. 8. Barbos. de Ep. p. 2. alleg. 11. n. 11.* atque hoc vere in *Beelzebub. ejicere Daemonia* dici posset, juxta id quod habemus in *Luc. 11.* per Turbas Christo obligatum fuisse. Dari enim potest casus, in quo maleficium sublatum videatur ab homine malefico, sive Mago, sed haec est mera apparentia; nam Magi semper operantur per incantationes, prout habemus in *Exod. c. 7.* ubi dicitur, quod Pharaon vocavit Sapientes, et maleficos, hoc est Magos, et fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas ut projectae Virgine verterentur in Dracones, quos Virga Aaron devoravit.

*Magi* communiter vocantur Sapientes, Philosophi, et Gymnosopistae, quia olim Theologiae, et Philosophiae studiis vacabant, eamque authoritatem conciliaverunt sibi apud Persas, ut electos quandoque Reges ex numero eorum testetur Herodotus, Funger. *Lex Philol.* quod ipsum confirmat Strabo *Geograph. 1.* cum scribit Sacerdotibus Aegyptiorum, Chaldaeis, Magisque, qui aliis sapientia praestabant, honores, et imperia fuisse delata. Sed cum sint artes cognatae Magia, et Incantatio, hinc est, quod hoc nomen *Magi* apud Latinos, et Graecos nonnisi in vito ponit coepit, Funger. *ibid.* Et revera hodie cum Diabolo consentiunt, et nonnisi per Diabolicas incantationes operantur, si qui adsint in Orbe Magi, qui certe in Italia vel rariores Phoenice sunt, vel nulli.

Non tantae raritatis sunt *Sagae*. *Saga* interpretatur Anus,

quae multa vult scire. Verbum enim *Sagire* est acute sentire, quod in divinatione scribit Cicero; et refertur ad maleficas Mulieres, quas *Striges* appellamus; et de quibus Jo: Picus luctucentissimum Dialogum scripsit, ubi harum fascinantum, et maleficarum artes iniquissimas ad homines infestandas ab illis adhibitas, aperit. Istae in Italia, prout diximus, non adeo rarae sunt, et conventiculas, et coetus habent ad facienda comitia, et machinationes pro pueris praecipue, et foeminis contaminandis: quae si a venerando S. Officii Tribunal deteguntur, longa poena, et opprobrio mulcantur.

§. VIII. Quandoque Diabolus Infirmum quiescere, et suscipere Sanctissimam Eucharistiam permittit, ut discessisse videatur. Denique innumerabiles sunt artes, et fraudes Diaboli ad decipiendum hominem, quibus ne fallatur, Exorcista cautus esse debet.

42 Alia fraus Diaboli est, Infirmum in suis puris naturalibus relinquere, et animum illius inducere ad pia opera, et quod maius est ad suscipiendam Eucharistiam, ut sic Sacerdoti appareat Energumenus ab omni infestatione liber, si prompte, et ex corde accedit ad rem tantae dignitatis, et sanitatis. Sed hic, ut inquit Sylveira in *Evangel.* l. 2. cap. 4. q. 22. n. 85. Hostis humilitate fallit; et haec quoque insidia est inimici, ut eo tutius, et diutius occupet corpus jam obssessum, et apparenter omnibus pateat, illud immune esse a malo spiritu, si tanta pietate accedit ad mensam, quae Diabolo terribilis nuncupatur a Chrysostomo, *Homil.* 61. ad *Popul.* Ant. Hoc pacto Daemon diuturnam sibi facit mansionem, arcendo hac falsa pietate, Exorcistas ab Obsesso, et album pro nigro venditando. Ad quae omnia prudens, et cautus Exorcista paratus esse debet, nec ab exorcismis, et praceptis abstinere, ut veritas manifestetur. Nec homo, licet a Diabolo detentus, potest mentem ab hac manifestatione revocare, quamvis enim Diabolus ingrediatur humanum corpus, non tamen illabi potest in mentem hominis: solus enim Dominus illabitur menti nostrae, ut docet S. Th. *quodlibet.* 3. art. 8. Haec insuper doctrina inhaerere debet Animo Exorcistae, nempe, quod spiritus Daemoniacus, non est in Homine ut spiritus humanus, seu Anima: non enim potest esse forma corporis humani, nec ibi est tanquam pars integrans corporis, sed tanquam locatus in loco, instrumento organico usurpus; et sicut nos virtute propria manus applicando corporibus, ea multipliciter movemus, ita Daemon intra corpora exis-

tens, sua virtute ea movet, et eorum membra; et cum ipse sit spiritus intra hominem, nullum locum quantitative occupat. Quae omnia recte docent, et explicant S. Augustin. l. 19. *de Civit. cap.* 4. et *lib. de Eccles. dogmat cap.* 82. S. Thom. *quodlibet.* 3. art. 8. Caesarius l. 5. cap. 13. q. 113. Abul. *in cap.* 7. *Exord.* q. 16. et *in cap.* 8. *Matth.* q. 113. del Rio l. 3. *de Mag. disquis.* p. 1. q. 4. sect. 4. Tolet. *in c. 4. Luc. annot.* 54. Sylveira *in Ev. T. 2. l. 4. c. 21. q. 2. n. 8.*

§. IX. Quare memor, Dominum nostrum dixisse, genus esse Daemoniorum, quod non ejicitur nisi per orationem, et jejunium, *Matth.* 17. haec duo potissimum remedia ad impetrandum Divinum auxilium, Daemonesque pellendos, exemplo Sanctorum Patrum, quoad ejus fieri poterit, tum per se, tum per alios curet adhiberi.

43 44 Duo Arma potentissima sunt ad Daemonem vincendum, Oratio, et Jejunium. De Oratione clare patet, quia cum sit deprecativa, opem suam implorat, quae misericordiae suae fontem potentibus aperit.

De Jejunio vero ait S. Leo *Ser. 5. Nos contra peccata faciunt fortiores; concupiscentias vincunt, tentationes repellunt. etc.*

45 46 Quodnam sit genus hoc Daemoniorum, quod per Orationem, et Jejunium ejiciatur, docet Maldonat. *in Evang. Matt. cap. 17. nu. 21.* et dicit, debere intelligi Daemoniorum illorum, qui diu hominem possederint, ac si difficilis sit, inveteratos quam recentes curare morbos: nam per longam, et imperturbatam mansionem fiunt obstinatissimi, et ferocissimi isti Daemons. Insuper ad pellendum Daemonem Jejunium valet, sicuti crapula valet ad alliciendum, et detinendum illum. Quemadmodum igitur crapula delectatur Daemon, ita Jejunium ferre non potest. Fides credendo; Oratio petendo: Jejunium tacendo, sed flagellando, et utendo Daemonem pellit, ex Maldonat. *ibid.* qui dubium inter interpretes, super hoc esse ait: Uter nam orare, ac jejunare debeat, is ne qui Daemonem pellit, an iis a quo pellitur? Sunt enim qui putant Christum loco supradicto significare voluisse eum, a quo Daemon pellendus est, jejunare debere: alii utrumque. Non dubito utriusque Jejunium et Orationem maxime juvare; sed Christus de eo tantum, qui daemonem expellit, videtur loqui: docet enim Apostolos, quemadmodum hoc Daemoniorum genus ejicere debeat, cum ipsi id facere nequivissent, dicentes: *Quare nos non potuimus ejicere illum?*

47 Ex quo patet non unius momenti rem esse exorcizare a Daemone obsessos, sed per dies esse Exorcistas ad tantum opus parandos, ut Jejunium, et Oratio non unius horae, vel unius diei sit, sed plurium, atque ita valeant quod postulant, impetrare.

48 Sacerdotale Brixinen. in Regulis Exorcistarum dist. 10. cap. 27. nu. 1. triduanum Jejunium statuit Sacerdoti ad se praeparandum huic ministerio, eo quia cum callidissimo et potentissimo hoste praelium initurus est: ideo necesse dicit, ut per quam optime, armis validissimis se munitat. S. Carolus vero Prov. 4. p. 2. ad unum diem totum Jejunium restringit, dum dicit: *Pridie illius diei, quo alicui exorcismum adhibere incooperit, se Jejunio, et Oratione praeparare studeat.* Utile etiam erit, si hoc faciendum persuadeat ab Amicis, et Affinis Energumeni, ut ita multiplicatis armis, hostis facilius profligetur.

§. X. In Ecclesiam, si commode fieri potest, vel in alium religiosum, et honestum locum, seorsum a multitudine perductus Energumenus exorcizatus: Sed si fuerit Aegrotus, vel persona nobilis, vel alia honesta de causa, in domo privata exorcizari poterit.

50 51 Secundum regulam antiquorum Exorcistarum, Ecclesia erat locus aptior ad adjurandos Energumenos. De facto, S. Carolus Act. p. 1. Provin. 4. p. 2. praecipit, ne in aedibus laicalibus, locisve privatis, sed in Ecclesia, loco aperto, et conspicuo, neque in omni quavis Ecclesia, sed in iis solum, quas certas Episcopos statuerit, Energumeni exorcizentur; neque in conspectu multitudinis, non remotis tamen arbitris, sed praesentibus Viris honestis, atque aetate gravibus, in iisque uno saltem, vel duobus Ecclesiasticis hominibus.

52 Nihilominus sunt Authores, qui in contrarium opinantur, et docent, quod ad inconvenientia vitanda, quae saepius ex Populi multitudine assistente usuvenire solent, qui non devotionis gratia, sed curiositatis causa confluunt, sanum sit consilium, si Exorcista, paucis praesentibus, puta consanguineis, domesticis, aut amicis Personae Obsessae, et uno saltem (si possibile sit) Sacerdote, aut Religioso; et non coram totius Populi multitudine congregata, in aliquo secreto Oratorio, vel etiam ipsius Obsessi Domo, ante Imaginem Domini Nostri Iesu Christi, ac Beatissimae Virginis, munere suo fungatur, Peirin. Formul. Praelat. lit. E, Sacerdotal. Brixinen. l. c. nu. 7.

53 54 55 In rituali nostro mentio fit de loco, in quo fieri possunt Exorcismi super Energumenos: non vero de tempore hoc faciendi: et tamen eo quia in formula facultatis a nobis supra descripta adest haec specialis advertentia (*non uteris tamen a Kal. Maji, ad Kal. Novembris,*) necesse est, ut hoc tempus caute limitetur: nam cum a die supradicta, p. m. Bladæ efflorere, et virescere incipient, atque identidem fructus crescant, et maturescant in Campis, et Vineis, optimum consilium est, ut avertantur isti Exorcismi. Ratio est, quia (ut plures observatum est) Daemones aegre ferentes dictos exorcismos, et vim ab iis sibi illatam, ut e corporibus exeant, et obsessos deserant, Deo permittente, possunt tempestates in aere excitare ventos commovere, pluvias, et grandines suscitare in damnum frugum terrae, quod pluribus rationibus probatur a Torreblanca, de Magia, lib. 2. cap. 12. per totum. Ideoque ut occasio avertatur tanti damni, tutius est, ut ab exorcizandis Energumenis Sacerdotes tunc temporis abstineant, ne dum bonum uni parant, damnum inferant universis, ex loc. eorum cit. de malefic. et Mathem. quae lex cum condita sit de mense Mayo, nempe 10. Kalend. Junii, (ut in titulo ejusdem legis notatur) evidenter demonstrat tempus vetitum pro evitanda aeris tempestate, ne divina munera, et labores hominum sterrenentur, qui tunc temporis maxime florent, et virescunt.

§. XI. Admoneatur obsesus, si mente, et corpore valeat, ut pro se oret Deum, ac jejunet, et Sacra Confessione, et Communione saepius ad arbitrium Sacerdotis se communiat: Et dum exorcizatur, totum se colligat, et ad Deum convertat, ac firma fide salutem ab eo depositant cum omni humilitate. Et cum vehementius vexatur, patienter sustineat, nihil diffidens de auxilio Dei.

56 De Oratione, et Jejunio Energumenis satis utili jam diximus in antecedenti paragrapho: modo de Confessione, et Communione ab iis percipienda dicendum est, Sacramentum poenitentiae per Confessionem an proposit Animae satis patet, atque ideo neque circa hoc diu disputandum est.

57 58 Quaeri tamen debet, an Eucharistiae sumptio permetti possit istis Energumenis. Itaque proculdubio est, Sacramenti hujus efficaciam contra Daemones, ac Daemoniacas operationes maxime valere: sed non per hoc satis liquet, an qui Daemonem in se habet, digne ad tantum Sacramentum ac-

Com. t. III.—P. 15.

cedat. Pro quo sciendum est, Theologos distinguere inter eos, qui ob delicta possidentur a Daemone, et eos, qui ad maiorem purgationem, seu ob meritum, ab Inimico (Deo permittente) terquentur, Alensis p. 4. q. 11. num. 2. art. 3. S. Thom. in 4. dist. 9. quaest. unic. art. 3. quæstiuncul. 5. ad. 2. Armilla, verb. *Communio*, Sylvestr. verb. *Encharist.* docent, iis qui frequenter in blasphemias, et ejusmodi peccata incidunt; Communionem non esse exhibendam. Caeterum. S. Thom. 3. p. quaest. 80. art. 2. mutavit sententiam, quam sequitur Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 9. Vasquez disp. 212. cap. 4. et Antonius Hiquaeus in 4. sentent. Scoti dist. 8. quaest. 3. num. 8. ubi ait: *Quia communio multum detrahit iuribus Hostis, ideo sequendi Rituales libri, et eorum praescriptum. Cui addo sententiam Abbatis Sereni apud Cassian. collat. 7. cap. 30. Quae (Communio) ab homine percepta, eum qui in membris ejus insidet spiritum, seu in ejus corpore latitare cognoscitur, velut quoddam exurens fugat incendium.* Quod insinuat etiam in Can. 1. Concilii Arausican, in quo dicitur. *Energumeni jam Baptizati, si de purgatione sua current, et se sollicitudini Clericorum tradant, monitisque obtemporent, omnimode communicent Sacramenti ipsius virtute; vel munieri ab incursu Daemonum, a quo infestantur, vel purgandi, quo jam ostenditur vita purgator. Quare Exorcistae, ac parochi Obsessos, ac maleficiatos adulteros excitare non negligant: ut hoc tantum Sacramentum saepius devote, ac fervide percipiant. Plura habebis apud Sarnell, epist. eccl. T. 9. ep. 63.*

§. XII. Habeat præ manibus, vel in conspectu Crucifixum: Reliquiae quoque Sanctorum, ubi haberi possint, decenter, ac tuto colligatae, et coopertae, ad pectus, vel ad caput obsessi reverenter admoveantur: sed caveatur, ne res Sacrae indigne tractentur, aut illis a Daemone ulla fiat injuria. Sanctissima vero Eucharistia super caput Obsessi aut aliter ejus corpori non admoveatur ob irreverentiae periculum.

59 Crucis signo Daemones repelli, et multo magis Imagine Crucifixi, qui per Crucem inferas potestates prostravit, habemus ex S. Paulo ad Coloss. 2. De virtute autem Crucis eruditissime scripserunt S. Cyprianus, Origines, Lactantius, et alii; inter quos meus F. Hieronymus Savonarola Ordin. Praedic. in Theologali Opere de *Triumpho Crucis*.

60 Quo vero ad Sanctorum Reliquias, et exuvias, illas vo-

cat S. Jo: Damascenus l. 4. de fid. Ortod. c. 1. Fontes salutiferos, ex quibus plurima ad nos beneficia promanant. Ex quibus apud Fideles inolevit, eas adhibendi etiam ad fugandos Daemones ab Obsessis; nam Sanctorum Animæ, quorum sunt Reliquiae pro utentibus, et illas reverentibus exorant. Bellarm. de Reliq. cap. 7. n. 19.

61 Ista Reliquiae decenter exhibentur Energumeno, ad evitandum contemptum, eo quia sicuti, viventibus Sanetis, Daemones eorum hostes fuere, ita et post mortem eorum non minibus sunt infensi, multoque magis eorum exuvias, quarum tactu torquentur, clamant, infremunt, nec quiescere possunt: imo tentant eas contemnere, et conculcare, sed ad consummandum actum non valent, prout evenisse scio in Energumeno, ad quem cum ab Exorsista reverenter ad moveretur Reliquia Vestitum S. Francisci de Paula, quae hic Ferrariae asservantur, illam conspuere audenter tentavit: sed sputum labii adhaesit, nec ab ore exiri ausum fuit: nihilominus cum cautela tradendas esse judico has Reliquias obsessis, quia id quod olim non evenit, evenire, Deo permittente, quandoque potest, ut discant Exorcistæ moderationem in hoc Sacro remedio adhibendam.

62 Prae omnibus monet Textus noster, Sanctissimam Eucharistiam non esse super caput Obsessi ponendam, ob irreverentiae periculum. Attamen, in vita S. Bernardi a Guilhelmo Abbe conscripta, cap. 3. habemus eumdem Sanctum in Civitate Mediolani, posita super caput Obsessi Sanctissima Eucharistia, eumdem a Daemone liberasse. Similia narrat Jo: Molinet. in *Chronicis Belgicis*. Bernardus Luxemburgicus in *Catalogo Haereticorum lit. G.* Et Nicolaus Laghi in libro Italico de *Mirabilibus Sanctissimæ Eucharistiae, Tract. 6. cap. 101.* Sed non omnes Exorcistæ ea sanctitate fulgent qua S. Bernardus, ut periculo huic libere se valeant exponere.

§. XIII. Exorcista ne vagetur in multiloquio, aut supervacaneis, vel curiosis interrogationibus, praesertim de rebus futuris, et occultis, ad suum munus non pertinentibus: sed juveat immundum spiritum tacere, et ad interrogata tantum respondere, neque ei credatur, si Daemon simuleret se esse Animam alicujus Sancti, vel Defuncti; vel Angelum bonum.

63 64 Sicuti verborum opportunus usus valet ad multa bona facienda, ita eorum abusus multa mala parere solet: *In multiloquo enim non deerit peccatum, Proverb. 10.* Quod si

Daemon cognoscat verbositatem Exorcistae, novas occasione-  
loquendi suppeditabit, et si distrahet illum vana sermocinatio-  
ne ab opere meditato, et consequenter dominum illius habes-  
bit: Quod si fiat, desperata res est: Diabolus viceit quemadmo-  
dum Eam in Paradiso devisor colloquio, et Dialogismo. Igi-  
tur si vult Exorcista, ut Diabolus taceat; sileat et ipse, nec pro-  
mat nisi quod unice necessarium est. Hoc pacto dominabitur  
Diaboli, et Victoriam, Deo dante, reportavit. Itaque hoc maxi-  
me studeat Exorcista, nempe obedientiam promptam, et imme-  
diatam a Daemone exigendi, praecipue silentium illi imponen-  
do, ne ejus verba fraudolenta valeant illum circumagere, et ab  
opere incepto alienare, juxta exemplum Christi, qui Daemo-  
ni dicenti, *Luc. 4. Quid nobis, et tibi Jesu Nazareno venisti?*  
*Scio te quod Sanctus es Dei;* Silentium imposuit, licet verita-  
tem fateretur; et increpavit illum Jesus, dicens: *Obmutesc, et  
exi ab eo.* Unde Marci 1. et Lucae 4. habetur, quod *non sine-  
bat ea logui.*

In textu nostro vocatur Diabolus *Spiritus inmundus* juxta  
formulam consuetam in Evangelio adhibitam, eo quia vere  
Daemon significat Sapientiam: ne igitur aliquis pro Angelo  
malo, intelligat Angelum bonum, cui commune nomen est spi-  
ritus, additur *immundus*: et ita appellatur Diabolus, seu Dae-  
mon, eo quia spiritus ex sua substantia est, immundus vero a  
suis moribus, ac depravatis affectibus quia delectatur rebus  
obscoenis, turpi immunditia, vitiis ac peccatis: sua enim ne-  
quitia caelestem puritatem amisit, et foeda malitia illaqueatus  
est, ita ut omnium malorum spurcitia repletus sit, *Sylveira*  
*Tom. 2. in Evang. cap. 21. quaest. 3. num. 15. cum S. August.*  
*de Vita Beata, Bonavent. in Luc. et Victor. Antioch. in Marc.*  
qui exprese circa hoc argumentum, ait: *Dicitur hic Spiritus  
immundus, cum propter obstinatam in impietate mentem, foe-  
damque a Deo defectionem; tum maxime quod obscoenis fla-  
gitiosisque operibus mirifice oblectetur.* Atque ita dicitur in  
*Apocal. 16. num. 13. Vidi de ore draconis, et de ore Bestiae,  
et de ore Pseudoprophetae spiritus tres immundos exire in  
modum ranarum.*

65 66 Aliquando Daemon simulat Divinitatem, ut olim  
nostrae S. Catharinae Vigiae, cui in Imagine Crucifixi Re-  
demptoris apparuit; necnon S. Petro Martyri Veronensi, qui  
virtute Sanctissime Sacramenti fallaciam Daemonum detexit  
anno 1231. tunc quando in quadam Urbe Insubriae Imaginem  
B. M. Virginis miraculis celebrem, et ab Haereticis in multa  
veneratione habitam, tamquam opus Diabolica arte fabrefac-  
tum, et mere apparens omnino destruxit, delevitque; prout nar-  
rat Nicolaus Laghi in supra relato libro Italico *de mirabilibus  
SS. Eucharistiae Tr. 1. dist. 10. c. 97.* Ita fingere potest Dia-  
bolus, se esse Animam vel Sancti, vel Defuncti cujusdam, vel

Angelum bonum. Sed, ut alias diximus, cum Diabolus sit Pa-  
ter mendacii, illi nunquam credendum est, etiamsi vera dice-  
ret, et sanctas similitudines indueret. Animae Sanctorum in  
aeternis Tabernaculis mansionem habent, nec corpora humana  
obsident, aut dilaniant. Angeli vero Bonorum largitores sunt  
non tormentorum. Insuper defunctorum Animae non vagan-  
tur per corpora aliorum hominum: Haec omnia de mendacio  
convincere possunt Daemonem.

¶ Tunc exorcista sicut munizit aula in ihesu, uerogod patologis  
et pietate leviter, deo ambo obsequiis ministrat illi. Exorcismus est  
ut uirgines sancte. Atribuit exorcistis exorcisatio ut de  
exorcisatio ab eo non habet uocacionem alia uocatio. Exorcis  
tus exorcisatio tunc est iugis. Exorcisatio exorcisatio non  
debet non existit. ut exorcisatio purum. Exorcisatio non  
debet non debeat. ut exorcisatio exorcisatio non  
debet non debeat.

DE

## EXORCIZANDIS OBSESSIS

A DAEMONIO.

### TITULUS DECIMUS QUINTUS.

#### SUMMARIUM SECUNDUM.

- 1 Interrogationes faciendas Energumeni.
- 2 Rationes cur faciendas non sint interrogations?
- 3 Exorcista curare non debet nugas, et ineptias Diaboli.
- 4 Exorcista solus loqui debet.
- 5 Rituale habet optimos exorcismos.
- 6 Melius est, ut exorcista memoriae mandet exorcismos.
- 7 Imperandi modus in Exorcizando multum valet.
- 8 Signa tumoris, vel doloris in energumeno non sunt, Infirmitates.
- 9 Sunt merae apparentiae.
- 10 Ideo non sunt quedenda.
- 11 Aqua benedicta semper debet esse ad latus exorcistae.
- 12 Verba quae magis timeat Diabolus, repetenda.
- 13 Commixtiones sunt ultima jacula.
- 14 Commixtiones quantum temporis durare debeant.
- 15 Medicinae corporales non propinrandae Energumenis.
- 16 Exorcista peccaret si propinaret.
- 17 Etiamsi esset in Medicina peritus.
- 18 Exorcista non debet Chirurgiam exercere cum Energumeno.
- 19 In mulieribus exorcizandis quaenam observanda sint?
- 20 Foeminae praegnantes non sunt exorcizandae.
- 21 In Monialibus exorcizandis quaenam observanda sint?
- 22 Verba Sacrae Scripturae infestissima sunt Daemoni.
- 23 Exorcista non debet detorquere verba Sacrae Scripturae.
- 24 Solecismi, et Barbarismi vitandi ab Exorcista.
- 25 Instrumenta maleficiorum an sint revelanda?
- 26 Clavi, Cultelli, et alia quae evomuntur, an vere sint talia?
- 27 Tentationes suas an Energumenus revelare debeat?
- 28 Antidota praeservantia Energumeni liberato praestanda sunt.
- 29 Cur Diabolus aliquando de novo invadat Energumenum?
- 30 Si exorcista non vineat, adoranda sunt Divina judicia.
- 31 Peccatum est obex ad impetrandam Divinam gratiam.
- 32 Exorcista debet esse conscientia purus.
- 33 Missam celebrare ante exorcizationem, optimum,

- 34 Vester adhibendae ab Exorcistis.
- 35 Stola an necessaria sit?
- 36 Stola est adhibenda vigore praecipi.
- 37 Stolae virtus ad effugandos Daemones.
- 38 Obsessus furens an ligari debeat?
- 39 Litaniae Sanctorum recitandae.
- 40 Antiphona Ne reminiscaris. Quare dicatur?
- 41 A praecipiti incipit exorcizatio.
- 42 Praecepta sunt quintuplicis generis,
- 43 Praecepta fieri possunt expresse, et tacite.
- 44 Objurgatio in quo differat a Praecepto.
- 45 Daemon confunditur objurgationibus.
- 46 Precepta tacita sunt utilia capite plectendis.
- 47 Praecepta verbalia fieri possunt vernacula lingua.
- 48 Evangelii Virtus contra Daemones.
- 49 Signum crucis in fronte Energumeni quare fiat.
- 50 Evangeliorum virtutes in hoc casu.
- 51 Stola pars imponenda colle Energumeni.
- 52 Manuum Sacerdotalium impositio magnae virtutis,
- 53 Quare Signum Crucis fiat in fronte, et pectore Energumeni.
- 54 Si nox superveniat, suspendi debet Exorcismi.
- 55 Si Energumenus viribus deficeret quid agendum?
- 56 Preces instituad ad hoc ab Ecclesia.
- 57 Oratio Dominicalis multum valet.
- 58 Salutatio Angelica valet maxime.
- Symbola Apostolorum.
- 59 Canticum Magnificat.
- 60 Canticum Zachariae.
- 61 Psalmi Qui habitat magna vis in exorcizando obsesto.
- 62 Aliorum Psalmorum adhibendorum significatio.
- 63 Probandum est an fiet, vel vere Diabolus exierit?
- 64 Adjurations facienda super bruchos, et locustas.
- 65 Maledictiones supra bestias non facienda.
- 66 Preces fundandae ut Deus avertat Animalia nocua.
- 67 Adjurations referuntur ad Diabolum.
- 68 Modus licitus Animalia adjurandi.
- 69 Episcopus in Visitatione hos abusus eliminet.

§. I. Necessariae vero interrogations sunt, ut de numero et nomine Spirituum obsidentium, de tempore quo ingressi sunt, de causa, et aliis hujusmodi. Caeteras autem Daemonis nugas, risus, et ineptias Exorcista cohibeat, aut contemnat, et circumstantes, qui pauci esse debent, admoneat, ne haec current, neque ipsi interrogent obsesum sed potius humiliter, et enixe Deum pro eo precentur.

Iste paragraphus diligenter perpendendus est: Et primo necessitas interrogacionum circa numerum, nomen, tempus, et causam, est serio examinanda, nam usque modo opportuna adjudicata fuit, sed Exorcistarum experientia, hac recentiori aetate eam tanquam inutilem, supervacaneam, et nullius momenti damnavit: Ratio communiter adducta est, quia Dae-

monia proprie non habent nomina, nisi prout illis varia sunt  
vitia, de quibus nos tentant, Magist. sent. in 2. dist. 6. Unde  
Lucifer, qui primus est, primarium locum superbae tenet,  
quasi omnium peccatorum princeps. Mammon, qui Avaritiae  
praeest: Asmodaeus, qui Luxuriae; Sathan, qui Irae: Belzebub,  
qui Gulae: Leviathan, qui Invidiae: Belphegor, qui Acediae  
principatum habet, etc. Ultraquam quod, cum Daemon, ut  
alias diximus, sit Pater mendacii, nec aliud studeat, quam ho-  
mines decipere, et maxime Exorcistas, qui illius infestissimi  
hostes sunt, potest se manifestare per nomen fictum, quando-  
que ridiculum, quandoque obscenum, quod pronunciari ne-  
queat vel sine risu, vel sine pudore ab Exorcista in actu officii  
sui exercendi.

2 Insuper interrogatio de numero, tempore, et causa, tam-  
quam fallax rejicitur in praxi ab optimis Exorcistis, quia qui  
unus est, potest fingere se esse multiplicem, imo si de causa  
ingressus loquatur, omittenda est, ad mala quae sequerentur  
evitanda, quae non pauca sunt; nec credenda, quia Daemones  
falsa veris semper involvunt; Ex S. Cypr. tract. 4. de *Idolo-  
rum vanitate*. Atque ideo quamvis Rituale necessarias ducat  
has interrogaciones, et non omittendas; attamen quia praxis in  
contrarium docet, possunt omitti, quia pessimos fructus gig-  
nunt.

Addo insuper cum Sylveira in *Lv. T. 2. c. 21. q. 3. n. 13.* quod  
haec distinctio et ordo inter Daemoniacos spiritus eomuniter  
recentioribus non placet, de quo vide Suarez t. 8. de *Angelis*,  
cap. 21. n. 28. nam idem Spiritus Daemoniacos sufficiens est  
ad inducendum ad mendacium, deceptionem, et fornicationem  
nam in Angelis bonis talis distinctio non traditur a Patribus,  
sed idemmet Angelus bonus movet, et excitat ad omnium vir-  
tutum genera, ac a vitiis retrahit hominem sua curae commis-  
sum: ergo ad aemulationem boni Angeli, depravatus spiritus  
de omnibus vitiis hominem tentabit, et ad malum, pro suis vi-  
ribus inducit.

3 De caeteris vero nugis, et ineptiis Daemoniacis nihil  
curare debet prudens Exorcista, imo eas omnes contempnere,  
animoque serio despicere: magnum enim detrimentum operi  
inferretur, si cum Diabolo ridente, et nugante, Exorcista quo-  
que vel nugaretur, vel rideret: tota autoritas, totumque praef-  
dominium evanesceret, nec fructus ullus favore ebessi spera-  
ri posset, eo quia nullus in Daemon timor inesset. Si haec  
nugae, et ineptiae a Diabolo insurgunt, eas audenter cohibere  
debet Exorcista, et quantum risus excitare valent tantum rigo-  
ris, et austerioris in corde, et vulto ipse praeseferat.

De numero circumstantium jam diximus in §. 10. Decet ut  
pauci sint, et nonnisi necessarii, inter quos si Religiosus ali-

quis probatae vitae adsit, admittatur: omnino demum curiosi-  
tatis vitium repellatur.

4 Nec decet illum alium nisi Exorcistam interrogaciones fa-  
cere, ne confundantur verba, et alias aedificet, alias vero des-  
truat. Unicus Minister est Exorcista: Caeteri, si adsint, Ora-  
tioni vacabunt, ut per Divinam misericordiam obsessus ab in-  
festatione Daemonis liberetur.

§. II. Exorcismos vero faciat, ac legat cum imperio et  
auctoritate, magna fide et humilitate, atque fervore: Et  
cum viderit Spiritum valde torqueri, tunc magis instet, et  
urgeat: et quoties viderit obsessum in aliqua corporis par-  
te commoveri, aut pungi, aut tummorem alicubi apparere, ibi faciat signum Crucis, et Aqua benedicta aspergat, quam  
exorcizando in promptu habeat.

5 6 Liber Exorcismorum, nempe rituale Romanum ad  
hoc valet, ut exorcismos validiores Exorcistae suppeditat: sed op-  
timum consilium est illud quod refert Graffius de effect. Cler.  
praedud. num 286. ut exorcismos memoriae retineat: nimis  
enim materialis illa alloquutio est, quae scripto praesenti in-  
haeret. Attamen hoc non est rigorose exigendum ab Exorcista;  
nam esset onus satis grave: nihilominus quantum fieri po-  
test, hoc quaeri debet; nam cum exorcismus sit gladius pro  
Daemon coercendo, tractari debet libere, et absque servitute,  
ut inimicum saltē deterreat.

7 Caeterum de authoritate, et fervore, quo loqui debet  
Exorcista, illud sciendum est, loquela, et imperandi modum  
in loquente, multa evincere, et maxima dominii signa demons-  
trare. Aspere igitur cum tanto hoste loquatur, dulces sermo-  
nes omnino coercent, et reprimat.

8 9 10 11 Demum si signa viderit tumoris, vel doloris in Obsesso, praesto adsit: ibi Daemon eruciat, et ideo ibi  
et ipse crucianus est. Tumores isti non sunt signa infirmi-  
tatis, nec arte medica sanandi, nec ungendi oleo, cum merae  
sint apparentiae. Aqua benedicta, quae semper ad latus Exor-  
cistae esse debet, omne remedium praestabit. Quod autem di-  
cit Zacchias *Quæst. med. legal. l. 4. tit. 1. qu. 8. num. 19.* na-  
turalia remedia daemoniacis conferre, hoc ita accipiendum,  
quod conferant illis tanquam melancholicis, incomoda, et mo-  
lestias ab humore melancholico Daemonis opera exagitato pro-  
venientes alleviantia.

§. III. Observet etiam ad quae verba Daemones magis contremiscant, et ea saepius repetat. Et quando pervenerit ad comminationem, eam iterum, et saepius proferat, semper poenam augendo: ac si videat se proficere, in ipsa perseveret per duas, tres, quatuor horas, et amplius, prout poterit, donec victoriam consequatur.

12 In quarto paragrapho hujus tituli jam admonitus fuit Exorcista, ut adverteret ad quaenam verba magis Diaboli conturbentur, ut ea deinceps magis inculpet, ac repetat: atque ideo in hoc loco remittendus est lector ad ea, quae ibi diximus: applicata enim verba juvant, et repetita sanant; ac ubi pendet Arbor, ibi cadet; nec desistere debet valens Exorcista ad ea quae magis videbit intentionem suam juvare.

13 De comminationibus in hoc paragrapho mentio fit. Comminationes sunt ultima jacula, et novissimi ictus ad expellendum Diabolum, atque vim maximam habent, prout sunt verba illa: *Recede ergo: da locum Spiritui Sancto: Exi ergo transgressor: exi seductor: contremisce, et effuge: Cede ergo Deo: da locum Deo: da honorem Domino: ille te ejicit: ille te expellit: ille te excludit.* Et similia.

14 Quoad durationem vero in istis comminationibus, Textus innuit, ut per tres, vel quatuor horas, et amplius perduret Exorcista. Fateor quidem, longus, et inexplicabilis labor est: sed non sine longo certamine reportatur Victoria: nihilominus haberi debet ratio etiam ad vires corporales Exorcistae, quae adeo defatigari non debent, ut langueat, et ad opera necessaria inutilis reddatur, et pereat.

IV. Caveat proinde Exorcista, ne ullam medicinam infirmo, vel, obpresso praebeat, aut suadeat: sed hanc curam medicis relinquat.

15 16 Error gravissimus Exorcistarum est, Medicinas corporales propinare Daemoniacis, cum ad hoc tantummodo dedo destinatus sit iste Minister, ut Medicamenta praebat spirituallia. Mortaliter igitur peccabit cum ex notabili ignorantia, vel imperiti noceat Energumeno: facit enim contra Praeceptum: *non occides, cap. homicidium, de Poenit.* et tenetur Infirmo ad aequivalens, ex quo resarcire non potest principale: imo etiam si sanitas sequatur, peccat mortaliter, quia exposuit se periculo peccati mortalis, id est operi, ex quo sequi poterat notable

dannum proximo, *Sylvest. verb. Medicus, qu. 1. Graff. decis. aur. cap. 61. num. 57.*

17 18 Dato etiam quod Exorcista esset peritus in arte medica, attamen in casu exorcizandi deberet se abstinere ab exhibendis corporalibus medicamentis. Cui errore remedium ponere studens Episcopus Parmensis anno 1621. per allegat. a Bordon. *Resolut. 7.* sub poena suspensionis ipso facto incurriendae praecepit subditis exorcistis, ne auderent ullo modo praebere antimonium, oleum, aut quocumque genus medicinae, nisi de consensu medici: et hoc est quod intelligit Zaccarias *loci citato hoc Titulo et paragrapho, num. 77.* circa naturalia remedia Daemoniacis exhibenda a medico tantum, non ab Exorcista; qui nec artem chirurgicam exercere debet, neque hoc munere fungi cum Aegrotis a Daemonie obsessis; quod prohibuit S. Carolus *Act. Med. Prov. 4.*

§. V. Mulierem exorcizans, semper secum habeat honestas personas, quae Obsessam teneant, dum exagitatur a Daemonio; quae quidem Personae sint Patienti, si fieri potest, cognitione proximae; atque honestatis memor Exorcista caveat, ne quid dicat, vel faciat, quod sibi, aut aliis occasio esse possit pravae, cogitationis.

19 Frequens est mulierum exorcizandarum occasio; nam ut plurimum hujus naturae sunt Personae, quae vel ficte, vel realiter a Daemonie infestari videntur. Idcirco multum caute se gerere debet Exorcista ad opus suum exercendum cum foeminis.

Jam in formula a nobis, initio hujus tituli exposita continetur quidquid necessarium est pro laudabiliter exercendo hoc munere in tali circumstantia. Multa insuper addit S. Carolus *Prov. 4. p. 2. his verbis: Mulieri autem Energumena cum exorcismum adhibet, id praestet duobus aetate, vitaque probatis viris; tum foeminis etiam itidem probatis praesentibus, iisque omnibus, si fieri potest, Energumena, consanguineis, et affinibus.*

20 Caveant omniuo Exorcistae, ne praegnantes Foeminas exoreizandas ineant, cum ex corporis, animique agitatione, de facili subsequi possit abortus, ut advertit Benett. in *Opere Medico moral. in not. ad Canon. 12. Bascarin. num. 22. in fine, pag. m. 177.*

De Sanctionialibus vero, et perpetuae clausurae addictis quid dicendum, agendumve? Totam Doctrinam pro hoc casu solvendo praestat Monacell. *T. 3. tit. 1. form. 47. num. 2. 3.*

et 4. Pro liberanda moniali Energumena, numquam, et in nullo casu est licitus Confessarii ingressus in Monasterium: Ordinarii enim licentiam ad hunc finem non concedunt, et Sacra Congregatio concedere non solet. Quando enim aliqua Monialis est exorcizanda, Sacerdos Exorcista, sive sit Saecularis, sive sit Regularis, debet esse ad hunc actum ab Ordinario loci approbus; et exorcizatio non intra septa Monasterii, sed obtenta prius a S. C. Ep. et Rag. licentia (et non antea) in Ecclesia exteriori Monasterii clausis januis, coram eodem Confessario, et aliis Foeminis honestis, consanguineis, vel aliis proiectae aetatis, et probae conversationis eam comitantibus, est facienda: Et exorcismo expleto, statim sine diverticulo, reducenda est in clausuram juxta modum praescriptum a S. C. Concilii in Decreto, quod per extensum referunt Barbosa Apost. dec. collect. 509. verb. *Monialium clausura circa egressum, numer. 5.* Tamburin. de jure Abbat. disp. 24. qu. 4. numer. 1. Gavant. Man. Episc. verb. *Monialium cura num. 30.*

Antequam vero licentia exorcizandi Monialem, ab Ordinario concedatur, debent praecedere diligentiae, et examina ad cognoscendum, an sit re vera a Daemonie vexata: nam frequenter Foeminae Daemonicacae se esse effingunt, licet vere non sint: quarum exorcismi erunt carceres, jejunia, et poenitentiae rigorosae, Monacell. d. lib.

§. VI. Dum exorcizat, utatur Sacrae Scripturae verbis potius quam suis, aut alienis. Jubeatque Daemonem dicere, an detineatur in illo corpore ob aliquam operam magicam, aut malefica signa, vel instrumenta; quae si Obsessus ore sumpserit, evomat: vel si alibi extra corpus fuerint, ea revelet, et inventa comburantur. Moniatur etiam Obsessus, ut tentationes suas omnes Exorcistae patefaciat.

22 Verba Saerae Scripturae infestissima esse Daemoni, alibi jam diximus, et praesertim illa Deuteronomii 32. *Deum qui te genuit, dereliquisti: et oblitus es Dei Creatoris tui, et Apocal. 5. Ecce vicit Leo de Tribu Juda, Radix David, etc.* aliaque similia. Hoc praestat etiam, quia Sacerdos audentius loquitur his Sacris verbis cum non sua sint, sed Dei: Quapropter maxima utilitas erit si Sacerdos Exorcista sit in tota S. Scriptura versatus, et praecipue in Versiculis Psalmorum, e quibus formulas aptissimas huic proposito astrarhēre poterit.

23 24 Advertat insuper ne sensus Sac. Scripturae detorqueat et ad suum propositum convertat. Potest tamen sensu

accommodatatio uti: sed caveat ut recte, et grammaticè locuatur ne Daemon versutissimus illum de barbarismis, sive solecismis redarguat.

25 26 Quo vero ad maleficia, seu instrumenta revelanda, quibus daemon detineatur in illo corpore, antiqui Exorcistæ in hoc constantes fuere, ut patet ex libris exorcismorum antiquis impressis: sed praxis modernorum aliter sentit, cum enim Diabolus, prout diximus, Pater mendacii sit, unice illudere studet figuris tum Exorcistas, tum Energumenos. Saepius fateor Energumenos evomere clavos, Cultellos, Acus, soleas equinas, Vittas, globulos plumbeos, Persicorum ossa, pomum, plumas, lagna, Candelas, et alia hujusmodi visi sunt: sed peractis exorcismis victoque Diabolo, illusiones detectae sunt, et res evomitas nihil aliud esse nisi salivam, phlegmata, et pituitas stomachi compertum est: vel si vere tales erant, quales apparebant, nil facilius est celeritati Daemonis illas suppeditare, auferendo a variis officinis, ut magis adstantes illuderet. Quae omnia si vere evomantur et talia remaneant, aduri praecipit Rituale. Ego vero satius duco, tradenda esse S. Inquisitionis Tribunal, ut suis loco, et tempore ad relevantium corpus delicti inserviant in causis Sancti Officii.

27 Quo vero ad tentationes revelandas, quae plures esse solent, Sacerdos Exorcista habere debet prompta remedia ad illas superandas, aliter ad nihil ista revelatio inserviret.

§. VII. Si vero Obsessus liberatus fuerit, moneatur, ut diligenter sibi caveat a peccatis, ne occasionem Daemoni praebeat in ipsum revertendi, ne fiant novissima hominis illius pejora prioribus.

28 29 Ut vere sanitas in corpore perduret, antidota, et praeservativa praestanda sunt ad evitandam reincidentiam. Praeservativum vero magis tutum, et amplexabile illud est, ut Homo a peccatis abstineat, et praesertim a superbìa; quia inter causas potiores, ob quas Deus permittit Daemones introire in corpora humana, et ea vexare primum locum habet superbiae peccatum, Monacell. dict. loc. propter ejus enormitatem, ut patet in Saul. 1. Reg. 15. eo quia omnes superbi sunt sub Dominio Diaboli, Job. 41. Ex quo concludendum est, causam, ob quam Diabolus, Corpus, a quo ejectus fuerat, iterum ingrediatur ex patientis parte, esse, quia cum per malum habitum, Diabolicis suggestionibus magis, quam Christo suum auxilium in se credentibus, ac confidentibus pollicenti, credere, et assentiri sit assuetus, ideo post liberationem, etiam simili modo ten-

tatus succumbit: ex quo ad diffidentiam inducitur, ratione ejus a Deo denuo sub Dæmonis potestate cadere permittitur, qui iterum corpus illius ingreditur, ac juxta Dei permissionem, suam in eo tyrannidem exercet. Et tunc per istam novam invasionem vere fuit novissima illius pejora prioribus, Matth. 12. quia nova expulsio est primae difficilior ob radicem diffidentiae, quae in corde Energumeni dominium, et possessionem acquisivit.

30 Huic Paragrapho addam, quod si Exorcista, imperscrutabili Dei iudicio, daemonem non vicerit, atque post tot labores, aduc Energumenus in potestate Diaboli permanserit, occulta Dei iudicia veneretur; repetat exorcismos, fidem corroboret; Orationibus, et Jejunis noviter vacet, opus denno tentans: quo peracto, ex vi Officii ad nihil magis tenetur, Campion *Struct. pro ordinand. cap. 20. num. 22.*

§. VIII. Itaque Sacerdos, sive alius Exorcista, rite confessus, aut saltemcorde peccata sua detestans, peracto, si commode fieri potest, Sanctissimo Missae Sacrificio, diuinoque auxilio, piis Precibus implorato, superpelliceo, et stola violacea, cuius extrema pars ad Obsessi collum, circumponatur, indutus, et coram se habens Obsessum ligatum, si fuerit periculum, eum se, et astantes communiat signo Crucis, et aspergat Aqua benedicta, et genibus flexis aliis respondentibus, dicat Litanias ordinarias, usque ad Preces exclusive. In fine Antiphona: *Ne reminiscaris, etc.*  
*Pater noster, etc.* Psalm. 53.

31 32 Post generales instructiones circa Exorcismos adhibendos, descendit Rubrica ad proxim eorum, ut hoc pacto Exorcista rite et recte fungatur munere suo. Itaque de ejus cordis munditia loquendo, me remitam ad ea, quae in Paragrapho primo hujus Tituli, explicando jam diximus: nempe magnum Obicem esse peccatum ad Divinas gratias impetrandas, etiam ex opere operantis, ut communiter docent Theologi. Conscientia igitur pura ad opus se debet exhibere Sacer Minister, qui semper debet esse paratus ad rite munus suum obeundum: Quare ad Missae Sacrificium transeo, quarendo an necessarium sit illud confidere ante Exorcismos: seu ante liberationem Obsessi.

33 Libere et praeceptive hoc jubet S. Carolus *Cone. Prov. 4. p. 2.* dicens: *Sacerdos antequam Exorcismum inchoet, Missae Sacrum faciat, si id commode praestare potest.* Item mag-

nam vim habere Missam contra maleficia asserit del Rio *f. 450.* et Torreblanca *l. 2. c. 53. n. 11.* qui ait, ad hoc maxime conducere, ut tradit S. August. *l. 22. de Civ. Dei. cap. 8.* et exemplis confirmat de B. Theodoro, Metaphrast. *in ejus vita, mens. April. de Episcopo Brixinen.* Leo. Luxemburg. *in Catal. Haeret. lit. G.*

34 35 36 37 Vestis communis Exorcistarum est Superpelliceum, et Stola, ut in administratione Sacramentorum, et Sacramentalium. Aliqui tamen volunt, quod Stola non sit necessaria, quia Exorcista non exercet hoc munus tanquam Sacerdos, sed prout in ordine Exorcistico est cooptatus. Nihilominus necessaria illam duco saltem necessitate praecepti, non tantum ob distinctionem gradus, et Ordinis Sacerdotalis, sed ob mysterium, et valorem, significationemque ipsius Stolae, quae non sine causa precipitur, ut circumponatur ab Obsessi collum: habet enim ista vestis peculiarem virtutem ad effugandos Daemones; et imponitur collo Obsessi ad significandum, ut memor sit, sub jugo Christi, non autem Diaboli se esse constitutum, Alcuin. *de Div. Offic. c. 38.* item significat obedientiam, et jugum servitutis, Eduens. *de Sacr. Altar. cap. 10.* Insuper violacei coloris est ad denotandam moestitiam Ecclesiae pro miserrimo Obsesso in Diaboli potestate constituto.

38 Quo vero ad id, quod dicit Rubrica, constituendum esse Obsessum ligatum ante Sacerdotem, puto, quod intelligi debeat de Obsesso furente: Si vero ille esset placidus, et mansuetus, ad quid ista vincula, et hoc deplorabile signum captivitatis?

Praeterea ego opinor, quod si etiam furens esset Energumnus ductus ad Sacerdotem; nullo modo ligari deberet, nisi furor proveniret ex morbo naturale, et vere furens esset, non Doemonicus. Immediate ac Sacerdos cognoverit Patientem esse Energumenum, dico illum solvendum fore: secus vero si ex morbo fureret: eo quia furor supernaturalis a Daemone intentus operante proveniens in conspectu Sacerdotis cessare debet, nec ulla timenda est noxa a Sacerdote, seu ab adstantibus. Minabitur quidem Obsesus, tentabit ictus, et clades; sed praeter vocem, nihil amplius erit, ut saepius experientia compertrum est: Quapropter vincula solvi debent statim ac se Exorcismis exponit ante Sacerdotem Exorcistam.

39 Litaniae porro recitandae, sunt illae Sanctorum consuetae, quibus imploratur auxilium ad liberationem Obsessi: sunt enim magis efficaces, et impetratoria apud Deum, quo Sancti, quos invocamus, majori sunt praediti sanctitate, Quart. *de Litan. num. 246.*

40 Antiphona autem: *Ne reminiscaris, etc.* ideo hic omnibus Precibus anteponitur, ad significandum quaecumque adversa nobis evenire propter peccata nostra: Inquit Jesus lan-

guido ad Probaticam Piscinam: *Ecce sanus factus es: jam non  
li peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Joan. 5.

Psalmus denique: *Deus in nomine tuo, etc.* est quinquagesimus tertius in ordine Psalterii, et scriptus fuit, ut homines intelligerent, in magnis persecutionibus recurrentibus esse ad Deum, et in illo sperandum. Bellarm, *in Psal.* 53.

§. IX. Deinde praecipiat Daemoni hunc in modum:  
*Praecipio tibi, et.*

41 A Praeceptis inchoatur exorcizatio, ut Daemon hoc pacato autoritatem Sacerdotis sentiat, fiat obediens Praeceptum enim est Ordinatio, seu mandatum, quo efficaciter astringitur Daemon, virtute Divina ad Exorcistae, ut Ministro Christi, et Ecclesiae, praestandam obedientiam.

42 43 Quintuplicis generis esse Praecepta docent Doctores. 1. Communia. 2. probativa. 3. lenitiva. 4. instructiva. 5. expulsiva. Ista omnia fieri possunt expresse, et etiam tacite, sed expresse, et viva voce facta magis juvant: quia non rogando, nec amice petendo, sed imperando, objurgando, et cogendo Daemon adjurari debet, et semper in nomine Jesu Christi. Vox enim Christum sonans valde efficax est, monente Sylvira *in Evang. lib. 3. cap. 6. q. 8. num. 52*

44 45 A Praecepto differt objurgatio, qua etiam Daemones objurgantur, et adjurantur: estque Daemonis increpatio, ac operationum ejus reprehensio, quae ejus superbiam coerceat, et impedit, ne actu ita vexatum, seu Energumenum tentet, vel affligat. Ob quas objurgationes, Daemon ignominia plenus confunditur, ac vexare Obsessum desinit: et vexatus facilius actus fidei, et confidentiae promit.

46 In praxi cognovi pluries, esse admodum utilia ista praecpta tacite, et mentaliter facta super damnatos ad mortem, qui vel furii vexantur, vel silentio obmutescunt, vel emendari renunt, suadente Diabolo, qui eos tunc temporis maxime occupat. Statim ac per Sacerdotem consolatorem, super eum comminata sunt, licet sub silentio, haec praecpta, oculi eorum aperiuntur, suspirant, plorant, atque veritatem illis propositam prompte, et libere amplexantur. Addo insuper, Exorcistam posse, prout expedire judicaverit, dicta praecpta pronuntiare lingua vernacula patientis, ut ipse melius intelligat, et se conformet modo etiam materiali exorcizantis.

§. X. Deinde legantur super Obsessum haec Evangelia, vel unum, aut alterum, etc.

Haec dicens, signat se, et Obsessum in fronte, ore, et pectore, etc.

48 Evangelii virtus contra Daemones magna est: verbum enim illius, monente paulo Apostolo *ad Roman.* 1. est in salutem omni credenti: unde Guillielmus Mimatensis in sue *Rationali*, c. 24. ait: *Contra Diabolum legitur Evangelium, ut illum sua virtute expellat: quoniam Diabolus nihil tantum odit, quantum Evangelium.*

49 Signa vero Crucis, quae pollice fiunt, tam in fronte Sacerdotis, quam in fronte, ore, et pectore Obsessi, sunt ad significandum tam Sacerdotem, quam Obsessum esse discipulos Christi, cuius Evangelium non erubescunt, quo malas cogitationes de corde pellunt. In ore praecipue fit ad confessionem Verbi Dei, Gavant. *p. 2. t. 6. §. 3. tit. D.*

50 Primum Evangelium S. Joannis, Dei ineffabilem essentiam ostendit, atque ejus miram incarnationem. Cujus Evangelii tantam fuisse authoritatem scribit Sylveira, *in Text. Evangel. T. 1. proaem. n. 24.* ut quidam Platonicus, teste S. August, *Lib. 10. de Civ. Dei. cap. 29.* diceret, quod per omnes Ecclesias, in locis eminentissimis, aureis litteris, esset serendum ejus initium: et Concil. Antiochenum ex S. Chrysost. *hom. 73. in Matth.* et S. Hieronym. *in Matth.* 23. testatur, quod multi Christiani de collo suspensum manifeste portarent.

Secundum Evangelium est S. Marci, et narrat signa credentium, inter quae illud est, quod *in nomine Jesu Daemonia ejiciunt.*

Tertium est S. Lucae, et continet potestatem datam Apostolis calcandi supra serpentes, et scorpiones.

Quartum denique est pariter S. Lucae, et Historiam narrat Daemonii muti a Christo fugati, pro qua admiratae sunt Turbae.

§. XI. Deinde muniens se, et obsessum signo Crucis, circumposita parte Stolae ad collum ejus, et dextera manu sua capite ejus imposita, constanter, et magna cum fide dicit ea quae sequuntur: *Ecce Crucem Domini, etc.*

51 Tempus hoc est imponendi partem Stolae ad collum Obsessi, non autem in initio operis: quod provide advertere debet Exorcista.

52 Manuum Sacerotalium impositio antiquae originis est et magnae virtutis, est autem triplex: de quo plenus S. Thomas ad 4. sent. dist. 6. et tanti mysterii est, ut Melchiades Martyr, et Pontifex, *Epist. ad Hispaniae Episcopos*, scribens quaerat, utrum majus sit Sacramentum, manus impositio, an Baptismus, Durant. l. 1. c. 20. nu. 8, et Eusebius Pontifex pariter, et martyr, *Epist. ad Episcopos Thusciae et Campaniae*, de manum impositione loquens, Sacramentum magna veneratio tenendum vocat: Et licet proprie ista impositio manuum intelligi debeat vel de consecratione Episcoporum, vel de Sacramenti Ordinis collatione, attamen non absque fundamento in Sacramentalibus etiam adlibetur, et usu venit ex Rituum praescriptione.

Haec facienda sunt ab Exorcista constanter, et magna cum fide: verba enim illa *Ecce Crucem Domine, etc.* sunt Daemoni infensissima, prout alibi dictum fuit: ideoque pene totum opus exorcistae implent.

§. XII. Sequentes Cruces fiant in fronte obsessi, etc.

§. XIII. Tres Cruces sequentes fiant in pectore Daemoniaci, etc.

§. XIV. Exorcismus: *Adjuro te, etc.*

§. XV. Fiat signum Crucis super circumstantes, etc.

53 In fronte, et in pectore Obsessi fiunt bis, et ter istae Cruces, rationibus, et causis alias explicatis in Exorcismis Baptismi. Crucis vero signum fit super circumstantes tunc quando Exorcista dicit: *Discedas ab Ecclesia Dei*, quia circumstantes significant hanc Ecclesiam, seu congregationem fidelium.

§. XVI. Praedicta omnia, quatenus opus fuerit, repeti possunt, donec obsessus sit omnino liberatus.

54 55 Jam diximus supra, opus Exorcistae non esse brevis momenti, ideoque tempus illi non fore limitandum in hoc ministerio, quia fuga Daemonis a voluntate Dei primo, et principaliter dependet, qui quantum sibi lubet, permittit, imperscrutabili judicio, ut corpora humana vexentur a spiritibus immundis. Si vero nox supervenerit (quoniam nocte Exorcistae officium exercere prohibet S. Carolus *Prov. 2.*) vel si viribus deficeret, vel alio incommodo afflictaretur: suspendere poterit opus suum; et interim praescribere Diabolo, nec hoc

temporis intervallo vexet Energumenum. Mane sequenti possea, vel quando magis congruum videbitur redeat, et novissimam expulsionem tentet. Sed si haec non eveniat, et dies adhuc illucescat, precum, et praceptorum, seu objurgationum exorcismorumbe maxime juvabit repetitio.

§. XVII. Juvabit praeterea plurimum haec, quae infra notantur, super Obsessum, devote dicere, saepeque repetere. *Pater noster etc. Ave Maria, etc. Credo etc.* Canticum B. M. Virginis: *Magnificat, etc.* Canticum *Benedictus, etc.* Symbolum S. Athanacii, *Quicunque etc. Psalm. Qui habitat, etc. Exurgat Deus, etc. Deus in adjutorium, etc. Deus in nomine tuo, etc. Confitemini Domino, etc. Judica Domine nocentes, etc. In te Domine speravi, etc. Deus, Deus meus respice, etc. Domine quid multiplicati, etc. In Domino confido, etc. Usquequo Domine, etc.*

56 Si tempus hoc postulet, ne semper repeatantur eadem Preces, et ipsam verba, has alias Preces exhibet Ecclesia, ut suo loco dicantur: habent enim et ipsae suam virtutem contra potestatem Diaboli. Et primo.

57 *Oratio Dominicalis* est omnium Orationum Regina, et prototypon, cum ab ipsis met Christi Redemptoris ore dictata sit: quod vero verba Christi virtutem habeant Daemones expellendi, nullum dubium. Evangelia id docent pluribus in locis.

58 Secundo. *Salutatio Angelica*, quae fuit origo Incarnationis Dominicæ, contremiscere et ipsa facit Diabolum, nec Angelis solum, et Hominibus, sed etiam Daemonibus dominatur. Hos Maria Sanctissima propria virtute calcat, cum ab initio: inimicitiae inter illam, et hos diabolicos Angues posse fuerint, *Genes. 3. Quod et testatur S. Bernardus Ser tres in Missus est, etc. his verbis: Daemones non solum Virginem pertimescant, sed audita hac voce, Maria, contremiscunt. Et super Canticum. Ubi nomen Mariae invocatur, Daemonum nocturnum effugatur, quia Maria terribilis ut castrorum acies ordinata.*

59 Tertio. *Symbolum Apostolorum* cum fidei professionem in se contineat, ac Fidem excitet in Energumeno, rationabiliter efficit, ut per istos replicatos actus Fidei, Satanas profligetur.

60 Quarto. *Canticum Mariae Virginis*, ratione objecti, et Authricis sua, maxime valet contra diabolicas vires, ut no-

tat eloquentissimus Segneri in ejusdem *Cantici explicatione*.

61 Quinto, *Canticum Zachariae: Benedictus, etc.* cum a lingua miraculose sanata proveniat, non nisi miracula operari potest. Vide Gavant. T. 2. in notis ad haec *Cantica*.

Sequuntur Psalmi. Et primo recitatur *Qui habitat, etc.* de quo alias diximus in *Titulo de visitatione, et Cura Infirorum, etc.*

62 Secundo. *Eurgat Deus, etc.* qui est Psalmus 67. Et in eo decantantur mysteria utriusque Sacramenti, quae etiam Diabolo terribilia sunt.

Tertio. *Deus in adjutorium, etc.* qui justa explicationem Bellarmini in *Psalm. 69. usurpatur ab omnibus Fidelibus in periculo versantibus, et illum expedit assidue repetere, ut hor tabatur Monachos suos Jo. Cassian. collat. 10. cap. 9.*

Quarto. *Deus in nomine tuo, etc.* qui compositus fuit a David imminentे magno periculo, Bellarmin. in d. *Psal.*

Quinto. *Confitemini Domino quoniam bonus, etc.* qui est Psalmus 117. Et de Christi Resurrectione, quae infestissima est Satanae, mentionem facit.

Sexto. *Judica Domine nocentes me, etc.* Et est Oratio Christi ad Patrem adversus persecutores suos. Alii tamen volunt, quod in eo oret ipse David pro liberatione sua, Bellarm. *ibid.*

Septimo. *In te Domine speravi, etc.* qui est Ps. 30. Et accommodatur ad Ecclesiam inter persecutionum angustiam gentem.

Octavo. *Deus, Deus meus respice, etc.* qui de Passione, et Resurrectione Domini, aperte loquitur.

Nono. *Domine quid multiplicati, etc.* Et intelligitur de Davide Orationem faciente pro liberatione sua a persecutione Absalonis.

Decimo. *In Domino confido, etc.* qui est cohortatio ad confidentiam, tempore calumniarum, aliarumque persecutionum.

Undecimo denique. *Usquequo Domine, etc.* qui est Oratio ad Deum tempore magnae temptationis.

Ecce igitur ratio, propter quam omnes isti Psalmi exhibentur ab Ecclesia Sacerdoti exorcizanti, ut illos adhibeat; nam in singulis eorum aliiquid inest, propter quod vel Dei auxilium imploretur, vel Diabolus deterreatur, atque expellatur.

### §. XVIII. Oratio post liberationem. Oremus: *Te Deus, etc.*

63 Si patiens hilari fronte dicat, ac credat, se procul dubio

liberum a Daemoniaca potestate, atque id constanter fateatur; etiam Exorcista dicat, se quoque hoc probabiliter credere, nihilominus probare poterit, an vere, vel facte Daemon exierit, modis variis ab Authoribus assignatis. Quod si nullum dent daemones suae praesentiae signum, nec aliquam amplius in tali persona causent vexationem, sed ipsa permaneat hilaris, ac jucunda, licet languida, statim Dei minister recitat Orationem a Rituali praescriptam, ad exorandum Deum, ut Daemon amplius potestatem non habeat in illa creatura.

64 65 66 67 68 Placet hic, quoniam de Adjurationibus verba fesimas (licet Rituale nullam mentionem de hoc a me dicendo faciat) addere ad instructionem Ministrorum Ecclesiae Dei, id, quod apud monacell. tom. 3. t. 2. for. 8. n. 18. adnotatur circa adjurations faciendas super Bruchos, Locutas, vel aliud genus Vermium, damnum fructibus, et segetibus terrae inferentium. Sciant itaque Clerici, seu Sacerdotes, hujusmodi Bestias non esse adjurationibus, et exorcismis expellendas, sed Jejuniis, et Orationibus humiliiter deprecandum esse Deum, qui dicta animalia irrationalia movet, ut dignetur ea compescere aliquo modo suaе majestati bene viso; et quatenus a Sacerdote Sacris vestibus induito adjurations fiant, referantur ad Diabolum, qui, Dei permisso, his utitur ad nocendum hominibus, praecipiendo ei dure, ac rigide, potestate a Deo tradita Ecclesiae, juxta illud Lucae 10. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra Serpentes, ut cesseret a novendo, educendo, et dirigendo ea Animalia contra nos: et abstineat a tali usu damoso, et sinat Animalia nocentia redire ad locum unde venerunt; et fugiant a facia Sacrosantae Crucis (quae ostendatur) et virtute ejus fugere jubeantur, et relinquere et cessare a suis maleficiis, ad gloriam Domini nostri Iesu Christi, omissa semper mentione excommunicationis, et anathematizationis; quarum nec Animalia irrationalia, nec Daemones capaces sunt; et iste modus Animalia nocentia adjurandi licitus erit.*

69 Igitur vanum est Animalia irrationalia exorcismis adjurare, maledicere, et anaemativare, quia adjurare aliquam creaturam irrationalē, nocentem ad aliquem actum, tamquam procedentem ab ipsa, est superstitionis, cum non sit sui domina, sed Deus, qui movet eam, vel Daemon, quatenus permisso ejus utitur ea ad nocendum nobis. Quapropter hujusmodi adjurations, quae referuntur ad irrationalia, fieri non posse scienter sine peccato mortali, docent Navar. cons. 57. nu. 10. ei seqq. Graff: decis aur. p. 1. l. 4. cap. 6, n. 12. Monacell. d. l. n. 17. ei alii. Propterea expungendi sunt, et damnandi quidam Libelli Manuales, qui hujusmodi conjurations, et Preces continent, nec in Missali, nec in Rituali Romano admittuntur prout eos nuper damnavit Sanctissimus Benedictus

Decimus tertius. Circa quae invigilare debent Episcopi in actu Visitationis: ut hos abusus eliminent, juxta monita per Monacell. d. l. n. 16. Atque haec satis sint supra titulum de *Exorcismis*. Ad quae omnia evitanda, et ab Ecclesia eliminanda Sanctissimus *Benedictus XIV.* Summus pontifex, dum Cardinalis honore fungeretur, et Bononiensi Ecclesiae praeesset, in una suarum Constitutionum Ritum evalgavit hujusmodi Animalia fugandi non maledictionibus, sed Benedictionibus et approbatis orationibus. Cujus libelli titulus est. *Rito da osservarsi nel benedire gli Animali, nell implorare l'ajuto di Dio contro i vermi, ed in setti, e nel benedire le Campagne.* De hac materia diffusse et sapienter pertracta Paulus Maria Cardi Ord. Serv. in suo libro de *exorcizandis etc.* Verbo, *Aqua lustralis etc.*

**RITUS**

**BENEDICENDI PUPULOS,**

ET AGROS.

**TITULUS DECIMUS SEXTUS.**

SUMMARIUM.

- 1 Iste Ritus in antiquis Ritualibus non adest.
- 2 Quando institutus, et approbatus fuerit.
- 3 Ejus formula legitur in editione Romana.
- 4 Alia similis Benedictio est in Rituale, sed restrictior.
- 5 Institutus fuit pro absolvendis Populis integris.
- 6 Et ob delinquentium non notam quantitatem.
- 7 Benedictiones hujus minister quinam sit?
- 8 Quid exprimi debet in supplicatione ad Papam?
- 9 Dies Dominica praescribenda est pro hac Benedictione.
- 10 Proclama faciendum ante Benedictionem.
- 11 Missa debet esse solemnis in Paramentis Violaceis.
- 12 Si delegatus fuerit Episcopus, quid faciendum?
- 13 Jurisdictio incipit a sedendo.
- 14 Ministri altaris sine manipulo stare debent.
- 15 Diploma legi debet ante benedictionem.
- 16 Confessio publice fit a Diacono.
- 17 Baculus Episcopi importat Jurisdictionem.
- 18 Delegatus simplex non debet tenere Virgam.
- 19 Psalmorum recitandorum significatio.
- 20 Post benedictionem, gratiarum acta facienda.
- 21 Jejunium indicendum est ante benedictionem.
- 22 Jejunium loco publicae Poenitentiae habetur.
- 23 Dies praescripti ad Jejunium.
- 24 Si vox delegati non valet, suppleri potest per alium.
- 25 Indicenda est dies pro Communione generali.
- 26 Mutatio Dici est ad arbitrium Delegati.
- 27 Si aliquis non communicaverit, non peccat.
- 28 Missa pro quacumque necessitate est celebranda.
- 29 Si Episcops celebat, non est publicanda Indulgentia.
- 30 Vera Indulgentia quenam dicatur.
- 31 Verum dicitur pro limitato, et statuto.
- 32 Indulgentiam quid significet?
- 33 Post quae facienda sit mutatio paramentorum?

Decimus tertius. Circa quae invigilare debent Episcopi in actu Visitationis: ut hos abusus eliminent, juxta monita per Monacell. d. l. n. 16. Atque haec satis sint supra titulum de *Exorcismis*. Ad quae omnia evitanda, et ab Ecclesia eliminanda Sanctissimus *Benedictus XIV.* Summus pontifex, dum Cardinalis honore fungeretur, et Bononiensi Ecclesiae praeesset, in una suarum Constitutionum Ritum evalgavit hujusmodi Animalia fugandi non maledictionibus, sed Benedictionibus et approbatis orationibus. Cujus libelli titulus est. *Rito da osservarsi nel benedire gli Animali, nell implorare l'ajuto di Dio contro i vermi, ed in setti, e nel benedire le Campagne.* De hac materia diffusse et sapienter pertracta Paulus Maria Cardi Ord. Serv. in suo libro de *exorcizandis etc.* Verbo, *Aqua lustralis etc.*

**RITUS**

**BENEDICENDI PUPULOS,**

ET AGROS.

**TITULUS DECIMUS SEXTUS.**

SUMMARIUM.

- 1 Iste Ritus in antiquis Ritualibus non adest.
- 2 Quando institutus, et approbatus fuerit.
- 3 Ejus formula legitur in editione Romana.
- 4 Alia similis Benedictio est in Rituale, sed restrictior.
- 5 Institutus fuit pro absolvendis Populis integris.
- 6 Et ob delinquentium non notam quantitatem.
- 7 Benedictiones hujus minister quinam sit?
- 8 Quid exprimi debet in supplicatione ad Papam?
- 9 Dies Dominica praescribenda est pro hac Benedictione.
- 10 Proclama faciendum ante Benedictionem.
- 11 Missa debet esse solemnis in Paramentis Violaceis.
- 12 Si delegatus fuerit Episcopus, quid faciendum?
- 13 Jurisdictio incipit a sedendo.
- 14 Ministri altaris sine manipulo stare debent.
- 15 Diploma legi debet ante benedictionem.
- 16 Confessio publice fit a Diacono.
- 17 Baculus Episcopi importat Jurisdictionem.
- 18 Delegatus simplex non debet tenere Virgam.
- 19 Psalmorum recitandorum significatio.
- 20 Post benedictionem, gratiarum acta facienda.
- 21 Jejunium indicendum est ante benedictionem.
- 22 Jejunium loco publicae Poenitentiae habetur.
- 23 Dies praescripti ad Jejunium.
- 24 Si vox delegati non valet, suppleri potest per alium.
- 25 Indicenda est dies pro Communione generali.
- 26 Mutatio Dici est ad arbitrium Delegati.
- 27 Si aliquis non communicaverit, non peccat.
- 28 Missa pro qualcumque necessitate est celebranda.
- 29 Si Episcops celebat, non est publicanda Indulgentia.
- 30 Vera Indulgentia quenam dicatur.
- 31 Verum dicitur pro limitato, et statuto.
- 32 Indulgentiam quid significet?
- 33 Post quae facienda sit mutatio paramentorum?

- 34 Versiculus: *Uffructus terrae etc. replicatur.*  
35 Benedictio restituit faecunditatem Terrae.  
36 Psalmi 84. significatio.  
37 Benedictio danda Populo.  
38 Episcopi dant trinam Benedictionem.  
39 Persona dignior porrigit aspergillum Episcopo.  
40 Quinam sit dignior de Clero?  
41 Parochus in sua Ecclesia est dignior.  
42 Vel Custos Ecclesiae non Parochialis.  
43 Vel prior, et Caput Monasterii.  
44 Nisi Ecclesia Parochialis sit regularium.  
45 Partes Mundi quathor asperguntur, et cur?  
46 Populus benedicendus peculiariter.  
47 Benedictio Papalis quare ita dicatur?  
48 Forma hujus Benedictionis!  
49 Authoritas Dei primo exprimitur.  
50 Mentio fit Sanctorum Petri, et Pauli Apostolorum.  
51 Indicatur nouen. et authoritas Papae concedentis facultatem.  
52 Etiamsi Papa concedens sit mortuus.  
53 Oratio cantari debet a delegato.  
54 Signa laetitiae ad libitum Populi danda.

1 2 3 Haec formula locum non habet in Rituale Romano, Pauli V. Jessu edito sed non per hoc est praetermitenda; nam usque de anno 1635. S. R. C. illam a Julio Rospigliosio ejusdem S. Congregationis Secretario revisam, et emendatam, approbavit, et concessit posse imprimi, facto verbo cum Sanctissimo, qui Sanctissimus (nempe Urbanus VIII. Suminus Pontifex) benigne annuit die 1, Octobris 1635. Et de facto in Editione Romana ejusdem Ritualis facta anno 1658. Typis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, ista formula locum habuit; et deinde in aliis Editionibus per Orbem factis.

4 5 6 Igitur, ut de hac Absolutione, et respective Benedictione aliquid praemittam, antequam ad ejus explicationem deveniam, dicam: Alias hoc Rituale praescripsisse Ritum, et formam adhibendam in absolvendis ab excommunicatione, et interdicto, personis singillatim, non autem in communi. Ast quoniam dari potest casus, in quo non una persona tantum sed Populus integer ob delinquentium non notam quantitatem, Excommunicationis, et Interdicti vinculo, nec non Locus ipse. Interdicto locali innodetur, pia Mater Ecclesia, advertens non esse statutam formulam, neque praeceptum modum absolvendi Populu integrum, et liberandi Loca, seu Agros ab interdicto, haec novam formulam statuit, ut in similibus casibus a delegatis Ministris adhiberetur, ne justus pro injusto poenam lueret.

§. I. Accepto Diplomate pontificio, constituatur dies

Dominica Delegato, et Populo commodior, pro ejusdem diplomatis publicatione, et executiones inchoatione.

7 8 Quoad legitimum Ministrum hujus absolutionis, seu Benedictionis, et quoad facultatem obtinendam, suasque Circumstantias; remittendus est Lector ad ea, quae diximus in explicatione, *Tit. de Absolut. ad Excommunicat. in foro exteriore, et de modo absolvendi a suspensione, vel ab Interdicto:* Praemiso semper, quod in supplicatione Sanctissimo correcta exprimi debet damnum Spirituale a populo passum ob dictam Excommunicationem, seu interdictum, cum delinquentes manifestari non possint.

9 Hic tantum loquar de die constituenda, quae debet esse dies Dominica, ut ita homines ab Operibus cessent, et ad hanc solemnitatem accedere valeant, nec ullus absolvendorum excusetur; cum enim quisque Fidelis teneatur die Dominica adire Ecclesiam, ut Sacrum audiat, hac occasione interesse poterit huic functioni: quae tamen dies esse debet utriusque comoda, nempe tum Delegato, tum absolvendis, cum Ecclesia ad nihil obliget cum gravi incommodo: adeo ut si commodior utriusque esset alia dies festiva infra hebdomadam, utique haec praescribi, et assignari posset.

§. II. Die constituta, mane fiat concio, qua doceatur Populus de contentis in diplomati Pontificio, et de praeparatione ad futuram Absolutionem, et Benedictionem. Deinde Missa celebretur a Delegato: *Pro remissione peccatorum; sine Gloria. etc.* cum unica Oratione, et *Credo*, in paramentis violaceis: qua finita, deposita casula, et Manipulo, induatur Celebrans Pluviali violaceo; et si sit Episcopus, Mitram simplicem assumat; et omnibus genuflexis ante altare, cantentur litaniae Sanctorum, omissis. Precibus, et orationibus post eas dici solitis.

10 Si edoceri debet Populus de Absolutione super eum facienda, et de facultate tradita Delegato, necesse est, ut publice fiat quoddam quasi Proclama, ad hoc ut instruantur totus Populus ad ea, quae necessaria sunt pro praeparatione ad futuram absolutionem, ut rite et recte illi impertatur. Iste Concilio non debet esse simplex lectio diplomatis, sed ab eo succus

Com. t. III.—P. 18.

quodammodo exprimi debet, et Italico Sermone, seu vernaculo lingua, ut ab omnibus percipi facile possit, nec quisquam ignorantiam allegare valeat. Quapropter ex alto loco, seu suggestu fieri debet per Ministrum deputandum, qui si Notarius fuerit, optime se res habebit: si vero Clericus, approbabitur, seu unus ex Cleru illius Ecclesiae, quae major esse debet loci ejusdem.

11 Solemnis debet esse ista Missa, et Votivo Ritu celebrata ab ipso Delegato, cum *Credo*, ratione rei gerendae, quae ad Professionem Fidei quodammodo pertinet, licet sit Poenitentialis, et propter hoc in violaceis paramentis celebranda.

12 Si Delegatus fuerit Episcopus, Ritu Pontificali singula facienda erunt prout in Caeremoniali Episcoporum.

Litaniae caeteris faciendis praemittuntur, ut ante omnia, Divina implore tur misericordia, et Sanctorum omnium intercessio pro sit ad absolutionem recte obtinendam et ad delenda peccata.

§. III. Sedeat delegatus finitis Litanis, cooperto capite in sede sibi parata super scabello Altaris, vel in sede Episcopali, si est Episcopus, seu super Faldistorio posito super dicto scabello, cum duobus Ministris paratis more Diaconali, et Subdiaconali, sine Manipulis; adstantibus hinc inde a lateribus omnibus de Clero; et alia voce ab aliquo legatur diploma audiente Populo, quo lecto, dicat Delegatus: *Deo gratias*.

13 14 A sedendo, et a cooperiendo capite incipit jurisdictione Delegati, haec enim sunt signa jurisdictionis, ut alibi dictum fuit. Sedes vero ad libitum est. Pro scabello hic intelligitur sedes illa, quae adhibetur ad sedendum quando cantantur *Gloria in Excelsis*, etc. seu *Credo*, etc. Ministri mere Diaconali, et Subdiaconali sine Manipulis esse debent, quia actio haec fit extra Missam; Manipulus enim tantummodo Missae inservit.

15 Diploma insuper legi debet omnino quale a Pontifice exaratum est cum omnibus suis clausulis, et subscriptionibus, ut veritas rei magis pateat, nec Italico, seu vernaculo Sermone, sed prout ab Urbe provenit.

Post ejus lecturem Delegatus dicit *Deo gratias*, quo gratiae Deo aguntur pro incepto opere. De hoc Versiculo, vide Gavant. p. 1. t. 10. lit. L.

§. IV. Tunc nomine populi, ille qui pro Diacono assistit, profunde inclinatus a sinistris Delegati, facit Confessionem in cantu.

16 Absolutio exordium habet a peccatorum Confessione, prout in Confessione Sacramentali fieri solet. Diaconus, more solito, hanc facit, nomine totius Populi: quam tamen laudabile erit, si unusquisque secreto, et saltem corde prosequatur. Fit cum Cantu Gregoriano ob solemnitatem rei: non enim haec est actio privata, sed publica, ideoque cum omni pompa eam facere decet.

§. V. Qua finita, si est Episcopus, assumpto baculo Pastorali in sinistra manu, et adhuc sedens, cooperto capite incipit: *Psal. 50. Miserere, etc.*

17 De episcopo hoc dicitur, quia Baculus pastoralis pro signo autoritatis, et jurisdictionis habetur, Barbos. de *Ep. p. 1. t. 1. cap. 4. num. 13. Gloss. in cap. unic. de Sacr. Unct.* Et benedicere cum Baculo est benedicere jurisdictionaliter, Pasqualig. d. *T. 2. q. 1251. num. 15.*

18 Delegatus vero simplex, etiamsi in aliqua dignitate Ecclesiastica sit constitutus, pro Baculo Virgam tenere non debet ut in absolutione excommunicationis, nam cum haec Absolutio sit universalis totius Populi, non vero unius Personae, ad nihilum inserviret Virga, seu funiculus ad eos omnes humero denudatos, leviter percutiendos, ideoque satius duxit Ecclesia nihil de hac Virga adhibenda praescribere.

19 Caetera porro eodem pacto fiunt, quo in Absolutione ab excommunicatione in forma, et foro externo; nempe delegatus sedet, cooperit caput, et recitat Psalmos pro Divina misericordia impetranda super Populum, de quo pluries in dicto Psalmo mentio fit, et de Gente in illis versiculis: *Confiteantur tibi Populi Deus; confiteantur tibi Populi omnes, etc. Laetentur, et exultent Gentes, quoniam judicas Populos in aequitate, et Gentes in terra dirigis. Judicas Populos in aequitate, etc.*

§. VI. Super universum Clerum, et populum genuflexum, recitando tales Psalmos sine cantu, alternatim a Delegato, et Clero.

Eodem modo haec fiunt, quo Absolutio ab excommunicatio-  
ne in foro exteriori, ut supra dictum fuit.

§. VII. Quibus finitis, Delegatus stans, detecto capite,  
Baculoque depositio, si est Episcopus, versus Populum ma-  
nibus junctis dicat, *Kyrie eleison, etc.*

Similiter, ut supra.

§. VIII. Deinde sedens Delegatus, coopertus capite, et  
si est Episcopus, assumpto Baculo, dicit: *Misereatur ves-  
tri, etc.*

§. IX. Manuque dextera supra Populum genuflexum  
extensa, addit: *Auctoritate, etc.*

Haec pariter fiunt eo pacto, quo supra, quibus nihil adden-  
dum judico, nisi signum Crucis per Episcopum faciendum ter,  
et semel a simplici Sacerdote.

§. X. Tunc Delegatus adhuc sedens per se ipsum, vel  
alium firmioris vocis, indicet tres dies singillatim pro jeju-  
nio; et decernat diem Dominicam sequentem, vel aliam ar-  
bitrio suo pro Communione, benedictione Agrorum, et po-  
pulo, et Indulgentia Plenaria.

20 21 Finita Absolutione, quae remaneant facienda, sunt  
pro gratiarum actione respectu Populi absoluti, et pro Benedic-  
tione Agrorum, quae aliqua praeparatione indiget, respectu  
habitantium in illis, et eos coletum. Itaque Jejunium futu-  
rum indicendum est pro tribus diebus, a quo misericordia Di-  
vina disponi debet pro sanctificatione, seu benedictione loco-  
rum contumacium.

22 23 24 Hoc Jejunium loco publicae Poenitentiae habe-  
tur, ideoque specificie est indicendum, assignando dies singilla-  
tim, non vero in genere, sed ferias nominando, quae subse-  
quentes esse possunt, et continuae, ac etiam prout libuerit, dis-  
gregatae: quod, ut majori congruentia fiat, esse poterunt, Feria  
quarta, Feria sexta, et Sabbato, ad tenorem quatuor Tempo-

rum. Atque adeo necessaria est Indictio hujus Jejunii, ut clara et alta voce fieri debeat ad hoc, ut omnes distincte intelligent: Et si ad hoc non valeret vox Delegati, supplere deberet vox pleni-  
or, et firmior alicujus Ministri ex iis, qui intersunt.

25 26 Insuper indicenda est dies pro Communione gene-  
rali, et pro Beudefinitione Agrorum. Haec dies esse poterit  
Dominica immediate Jejunio subsequens: Sed si magna alia  
solemnitate, vel aliqua potiori ratione impedita sit, poterit, ar-  
bitrio Delegati immutari dies hujus absolutionis, et transferri  
tempus Indulgentiae a Summo Pontifice in diplomate conces-  
sae.

§. XI. Die constituta, Populus universus debet com-  
municare, et hora competenti Delegatus cantabit Missam,  
quae est ad finem Missalis, sub titulo. *Pro quacunque ne-  
cessitate, cum Paramentis violaceis sine Gloria, etc.* cum  
unica oratione, et *Credo*, et in fine Missae Celebrans bene-  
dit de more. Si est episcopus, non dat indulgentias.

27 Quod si hac Rubrica praecipitur, partim est pro com-  
plemento Absolutionis, partim pro dispositione, et exordio ad  
Benedictionem Agrorum. Communio stat pro prima parte:  
haec poterit a quocumque Sacerdote ministrari: ubi nota, quod  
si aliquis non communicaverit (secluso contemptu) non pecca-  
bit, quia communio in hoc casu non est de pracepto, sed de  
concilio ad hoc ut lucentur Indulgentiae in diplomate Ponti-  
ficio elargitae.

28 Missa *pro quacunque necessitate* ideo in paramentis vi-  
laceis cantatur, quia est actus poenitentialis praeparatorius ad  
benedictionem Agrorum, et propterea votivo modo celebratur,  
sed cantatur ratione solemnitatis.

29 Si quaeratur ratio, cur si Episcopus celebraverit hanc  
Missam, post illam non det Indulgentias, prout de ritu Episco-  
porum solemniter celebrantium est. *Cadrem Episc. c. 25. Respon-  
dendam.* In hoc casu non publicari Indulgentias, eo quia  
major Indulgentia pro hac Missa, et illi interessentibus ex vi  
diplomaticis provenit a Summo Pontifice, qui eam elargitus est:  
quare in hoc loco currit Regula: Ubi major minor cessat.

30 31 Venit hic dicendum aliquid de formula publicandi  
Indulgentias Episcopales post eorum Missas solemnes. In ip-  
sa formula adsunt verba haec, *de vera indulgentia*, ac si da-  
rentur aliquae Indulgentiae, quae essent falsae. Verum enim  
opponitur *falso, l. si quis legatum, d. de fals.* ut verus Procu-

rator a falso Procuratore, Brisson, *form. verb. verum.* Scendum est igitur Innocentium Papam III, anno 1215, in Concilio generali IV, Lateranen. relato *in cap. cum ex eo, De poenit. et remiss.* ita decrevisse: "Quia per indiscretas, et superfluas Indulgencias, quas quidam Ecclesiarum Praelati facere non veruntur, et claves Ecclesiae Contemnuntur et poenitentialis satisfactis enervatur, decernimus: Ut cum dedicatur Basiliaca, non extendatur Indulgentia ultra annum, sive ab uno solo, sive a pluribus Episcopis dedicetur; ac deinde in anniversario dedicationis tempore 40. dies de injunctis Poenitentis indulta remisso non excedat, et infra: Hunc quoque dierum numerum Indulgenciarum litteris praecipimus moderari, quae pro quibuslibet casibus aliquoties conceduntur, cum Romanus pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc in talibus consueverit observare, etc." Cum igitur taxatae et limitatae sint Indulgencias ab Episcopo, qui nimiam autoritatem sibi usurpabant, consequenter venit, quod illae quae ab iisdem elargiuntur in posterum, sint *Verae Verum enim* in hoc casu sumitur pro *Taxato*. Nam indulgencias ab Episcopis concessae ultra numerum taxatum, irritae decernuntur, "c. Indulg. de Poenit, et remiss. in 6. ibi Gloss. Non valent in eo, quod excedunt, quia numerus dierum est separabilis, et in separabilibus utile per inutile non vitiatur, sed in numero, quem non excedunt, valent dictae Indulgencias. Ita dicimus verum pretium, pro aequo, et justo pretio, lib. omnes, de integr. test. lib. si fidejussor. in fin. de leg. 3. Inst. ex quibus caus. manu. non lic. §. Semel. Sarnell. epist. eccl. T. S. ep. 6."

§. XII. Finita Missa, Delegatus, et duo Ministri assumunt paramenta alba: et si est Episcopus, Mitram pretiosam, et genuflexi ante Altare cum universo Clero, et Populo cantant Litanias Sanctorum: repetito per Delegatum Versiculo: *ut fructus terrae dare, etc.* Illisque finitis, Delegatus stans detecto capite, manibus junctis, dicit; *Pater noster, etc.* Additur a Clero iu cantu Psal. 84. *Benedixisti, etc.* quo finito Delegatus dicit: *Benedices coronae anni benignitatis tuae, etc.*

32 33 Post Indulgencias, per quas animarum resurrectio significatur, ex Filippin. *Filiat. Spir. c. 5.* sit mutatio paramentorum eodem pacto, quo fit Sabbato Sancto peractis Litaniis.

34 35 Versiculus *Ut fructus terrae, etc.* repetitur, eo quia

Benedictio Agrorum tunc incipit, et circa fructificationem illorum principalis intentio est: erat enim prius Terra maledicta, spinas, et tributos producens. Per Benedictionem vero foecunditas illi restituitur, juxta Benedictionem Jacobo Patre elargitam. *Genes. 27. Det tibi Deus de rore Coeli, et de pinguedine terrae, abundantiam Formenti, et Vini.*

36 Psalmus 84. adhibendus praescribitur in hoc casu, quia in eo de Benedictione terrae sermo est, ac etiam de remissione iniquitatis plebis suae, propter quod Terra dabit frustum suum.

§. XIII. Postea assumpto Baculo, si est Episcopus, et cooperto capite dicit Delegatus *Benedictio Dei, etc.*

De Baculo tenendo ab Episcopo in signum auctoritatis jam supra diximus in explicatione Paragraphi 5. Si vero erit Sacerdos simplex delegatus, de more benedicet, semel faciens Crucis signum super universum locum.

§. XIV. Si est Episcopus facit ter signum Crucis.

38 Episcopalis dignitatis munus est trino ductu benedicere, prout docet Caeremoniale Episcoporum, et Pontificale Romanum, rationibus et causis a Barbosa allegat de Ep. p. 1. t. 2.

§. XV. Deinde acceptu de manu dignioris de Clero Aquae benedictae Aspersorio, aspergit versus quatuor Mundi partes, dicens sine Cantu, et sine Psalmo Antiphonam, *Asperges me etc.*

39 Cum ab Aquae benedictae aspersione vere conficiatur Benedictio, et ista aspersio sit principalis actio in hac formula, solemniter decet, ut exequatur. Quapropter Persona dignior ex Clero est, quae tradit Delegato Aspergillum eodem modo, quo ingrediente Ecclesiam Episcopo, seu Cardinali, eadem dignior persona de Clero est, quae pariter Aspersorium porrigit.

40 41 42 Quinam vero sit dignior de Clero est disputandum. Ubi Capitulum, seu Collegiata non adsit (in quibus de jure unus illorum est, qui prima dignitate fulget) erit Parochus, cuius dignitas aequiparatur Episcopali per Barbos. *de post. Paroch. p. 1. c. 9.* Si vero Ecclesia non esset Parochialis,

ille Sacerdos, qui Ecclesiae illius custos est, in hoc casu prior, et dignior debet censeri.

43. 44. Si autem esset Ecclesia Regularium, non parochialis, pro digniore sumendum est, qui Conventui illi praesit nempe aut Abbas, aut Prior, aut Guardianus, vel Rector, vel Praefectus, vel Praepositus, sive quocumque alio titulo nuncupetur, qui caput est illius religiosae familiae. Manriquez *de praeced. et Praelat. per tot.* Si vero Ecclesia Regularium esset Parochialis, tunc in hac functione dignior rem censemendum illum judico, qui curam animarum exercet; quia cum ista Benedictio, sive absolutio inter quasi Parochiales functiones annumerari possit, et respiciat Populum, et Agros Parochiae subjectos, nulla cadit quaestio, an Parochus in sua Parochia dignior sit quibuscumque aliis ex Clero. cum omnes ibi quantumvis in dignitate constitutos praecedere debeat, et Imperatoribus, atque Regibus aequiparetur, Barbos. d. p. 1. c. 9. n. 4. 5.

45. Quatuor Mundí partes asperguntur; Ad Orientem, ad Occidentem, ad Meridiem, et ad Septentrionem; non quia Universus Orbis couseri debeat illo actu benedictus, sed ut ad omnes Agros illius loci haec Benedictio se extendat. Quidquid enim in Orbe est, in una Mundi parte est. Sicque ut nullus istorum locorum effugiat ab ista benedictione; singulæ Mundi partes benedicuntur.

§. XVI. Pro Benedictione Populi, operto capite, manibus junctis, dicit: *Pater noster, etc.*

46. Post Absolutionem debetur etiam peculiaris Benedic-tio illorum Agrogrum incolis: ideo in hoc loco haec Benedictio ad Populum spectat, et fit operto capite, ratione Jurisdictionis benedicentis, sed junctis manibus, quia cum a Deo pro-venire debeat haec Benedictio, justum est, ut impetretur hu-miliori modo, nec melius quam in actu supplicantis, Durand. l. 4. c. 7. Gavant, t. 1. p. 2. tit. 3. lit. E.

§. XVII. Tunc Diaconus cantat alta voce: *Humiliate vos ad Apostolicam Benedictionem.*

47. Haec Benedictio Apostolica, et Papalis dicitur, quia a Summo Pontifice provenit, ut in diplomate jam ante publicato apparet: quapropter omni humilitate suspicienda est: ideo Dia-

conus eam indicit alta voce, ut totus Populus intelligat, genuflectat; quemadmodum in Missis Ferialibus Quadragesimae post Communionem Diaconus ad Populum conversus, dici, *Humilitate capita vestra Deo;* qui versiculus versus Populum dicitur, quia dimittitur, ex Microlog. c. 46. et Diaconus hoc tempore ad Populum alloquitur, et haec est quasi altera Ben-e-dictio, Gavant. p. 2. tit. 11.

§. XVIII. Et delegatus stans operto capite: et si est Episcopus, Baculum sinistra tenens manu, benedit semel, et si est Episcopus, ter dicens: *Auctoritate, etc.*

48. Haec est vere Benedictionis pronuntiatio, ac forma in mandato praescripta: qua propter cum Delegatus ibi praecipue personam induat Summi Pontificis delegantis, signum authoritatis ostendere debet per capitis cooperationem, et per Baculum, si fuerit Episcopus, quia eo tempore considerari debet tanquam summus Pontifex ideoque haec Benedictio in aliquibus locis vocatur Papalis.

49. 50. 51. 52. In hac Oratione, seu formula Benedictionis, primo authoritas Dei exprimitur, sine cuius nutu nihil fit, qui-que omnium Benedictionum Author, et largitor est: unde Ecclesia in una Collectarum dicere solet: *Deus a quo Bona cuncta procedunt, etc.* Insuper mentio fit Sactorum Aposto-lorum Petri, et Pauli, a quibus Apostolica Benedictio originem dicit: Et hoc fit ad demonstrandum, summos Pontifices, esse veros, et legitimos successores S. Petri, a quo per Ecclesiam numquam dissociatur S. Paulus, rationibus a Gavant, allegatis in *Rubr. Missal.* Pariter indicatur nomen, et authoritas Papae, ut appareat omnibus quinam fuerit is, qui benigniter hujus Benedictions facultatem tradiderit: quod nomen concordare debet cum illo in diplomate conscripto, etiamsi ille Pa-pa tunc obiisset, et alias tempore Benedictio regnaret, vel Ecclesia esset Pastore destituta; eo quia facultas semel collata in hoc casu durat donec expleatur, quando tamen per succe-sorem explicite non revocetur, Barbos. de Ep. p. 2. alleg. 22. n. 2.

§. XIX. Demum cantantur Hymnus: *Te Deum, etc.* in-choatus a Delegato.

De hoc Hymno alias diximus. Cantatur hoc loco, ut Deo gratiae agantur pro collatis Beneficiis Absolutionis, et Benedictionis, atque illum inchoat Delegatus, ut per eum expleatur totum opus, a quo initiatum est: dignior enim laudandi Deum est quacumque alia, lingua Sacerdotalis, Molina *Instr. Sacerdot. cap. 7.*

§. XX. Quo finito, Delegatus cantat Orationem pro gratiarum actione, etc. Cantores addunt, *Benedicamus, etc.*

53 Tota actio terminatur hac Oratione, quae debet a Delegato decantari, eo quia totius Populi Vota pie Deo porrexit, et pro parte Dei, et Ecclesiae munus Benedictionis elargitus fuit. Convenit igitur, ut ipse sit, qui pro omnibus, et omnium nomine Deo agat gratias pro collatis donis.

54 Ad libitum Populi est, ut post haec dentur publica signa laetitiae, vel campanarum festivo sonitu, velatio quocumque honesto modo, prout Populorum, et Locorum ratio, et consuetudo feret. Signa tamen Deo acceptiora erunt Pax, et Animarum in perfecta charitate concordia.

*Benedicamus Domino;* idem significat ac *Gratias agamus Domino:* non autem quod Homines benedicant Deo, Sarnell *Ep. Eccl. T. 7. Ep. 58.*

## FORMULAE.

### SCRIBENDI IN LIBRIS.

HABENDIS APUD PAROCHOS, UT INFRA NOTATUR.

### TITULUS DECIMUS SEPTIMUS.

#### SUMMARIUM.

- 1 Libri isti ordinati sunt, ne pereant memorie rerum.
- 2 Sunt ad perpetuam rei memoriam.
- 3 Per omnes Ecclesias uniformis deberet esse stylus scribendi.
- 4 Libri isti vocantur etiam Matriculae.
- 5 Libri isti conservari debent penes Parochum.
- 6 Deberent esse duplicati.
- 7 Parochi, qui non custodiunt hos libros, graviter mulctandi.
- 8 Libri isti probant, etsi non maneat in Archivio.
- 9 Defuncto Parroco, custodiri debent ab Oeconomio.
- 10 Monite ad subcollectores spoliorum.
- 11 Parochi tenentur Fides extrahere ab illis libris.
- 12 Attestationes de Vita, et honestate puellarum facere debet Parochus.
- 13 Pro attestatione an aliquid dandum Parroco?
- 14 Consuetudo servanda est circa hoc.
- 15 Attestationes facienda sunt in forma probanti.
- 16 Fides non probat, si extracta sit lite pendente.
- 17 Scriptoris informis fides est adhibenda.
- 18 Forma librorum, et cartulatio quomodo authentica dicatur?
- 19 Libri isti stare debent apud Parochum.
- 20 Fons Baptismi in Civitatis non est in unaquaque Parochia.
- 21 Probatur ex fide quis baptizatus, et non aliud.
- 22 Forma libri Baptismalis.
- 23 Possunt libri esse diversis characteribus conscripti.
- 24 Recognitio manus Parochi non est necessaria.
- 25 Confirmatio potest ministrari in quocumque Ecclesia.
- 26 Liber Confirmatorum sufficit si custodiatur in Ecclesia Cathedrali.
- 27 Schedulae habendae a confirmandis.
- 28 Liber matrimoniorum habendus a quocumque Parroco.
- 29 Matrimonium non praesumitur contractum, nisi scriptum reperiatur.
- 30 Nomina testimoni describi debent.
- 31 Parochi non scribentes matrimonia peccant mortaliter.
- 32 Partita unius rei scripta in alio libro, an fidem habeat?
- 33 Liber status Animarum habendus a quocumque Parroco.

De hoc Hymno alias diximus. Cantatur hoc loco, ut Deo gratiae agantur pro collatis Beneficiis Absolutionis, et Benedictionis, atque illum inchoat Delegatus, ut per eum expleatur totum opus, a quo initiatum est: dignior enim laudandi Deum est quacumque alia, lingua Sacerdotalis, Molina *Instr. Sacerdot. cap. 7.*

§. XX. Quo finito, Delegatus cantat Orationem pro gratiarum actione, etc. Cantores addunt, *Benedicamus, etc.*

53 Tota actio terminatur hac Oratione, quae debet a Delegato decantari, eo quia totius Populi Vota pie Deo porrexit, et pro parte Dei, et Ecclesiae munus Benedictionis elargitus fuit. Convenit igitur, ut ipse sit, qui pro omnibus, et omnium nomine Deo agat gratias pro collatis donis.

54 Ad libitum Populi est, ut post haec dentur publica signa laetitiae, vel campanarum festivo sonitu, velatio quocumque honesto modo, prout Populorum, et Locorum ratio, et consuetudo feret. Signa tamen Deo acceptiora erunt Pax, et Animarum in perfecta charitate concordia.

*Benedicamus Domino;* idem significat ac *Gratias agamus Domino:* non autem quod Homines benedicant Deo, Sarnell Ep. Eccl. T. 7. Ep. 58.

## FORMULAE.

### SCRIBENDI IN LIBRIS.

HABENDIS APUD PAROCHOS, UT INFRA NOTATUR.

### TITULUS DECIMUS SEPTIMUS.

#### SUMMARIUM.

- 1 Libri isti ordinati sunt, ne pereant memorie rerum.
- 2 Sunt ad perpetuam rei memoriam.
- 3 Per omnes Ecclesias uniformis deberet esse stylus scribendi.
- 4 Libri isti vocantur etiam Matriculae.
- 5 Libri isti conservari debent penes Parochum.
- 6 Deberent esse duplicati.
- 7 Parochi, qui non custodiunt hos libros, graviter mulctandi.
- 8 Libri isti probant, etsi non maneat in Archivio.
- 9 Defuncto Parroco, custodiri debent ab Oeconomio.
- 10 Monite ad subcollectores spoliorum.
- 11 Parochi tenentur Fides extrahere ab illis libris.
- 12 Attestationes de Vita, et honestate puellarum facere debet Parochus.
- 13 Pro attestatione an aliquid dandum Parroco?
- 14 Consuetudo servanda est circa hoc.
- 15 Attestationes facienda sunt in forma probanti.
- 16 Fides non probat, si extracta sit lite pendente.
- 17 Scriptoris informis fides est adhibenda.
- 18 Forma librorum, et cartulatio quomodo authentica dicatur?
- 19 Libri isti stare debent apud Parochum.
- 20 Fons Baptismi in Civitatis non est in unaquaque Parochia.
- 21 Probatur ex fide quis baptizatus, et non aliud.
- 22 Forma libri Baptismalis.
- 23 Possunt libri esse diversis characteribus conscripti.
- 24 Recognitio manus Parochi non est necessaria.
- 25 Confirmatio potest ministrari in quocumque Ecclesia.
- 26 Liber Confirmatorum sufficit si custodiatur in Ecclesia Cathedrali.
- 27 Schedulae habendae a confirmandis.
- 28 Liber matrimoniorum habendus a quocumque Parroco.
- 29 Matrimonium non praesumitur contractum, nisi scriptum reperiatur.
- 30 Nomina testimoni describi debent.
- 31 Parochi non scribentes matrimonia peccant mortaliter.
- 32 Partita unius rei scripta in alio libro, an fidem habeat?
- 33 Liber status Animarum habendus a quocumque Parroco.

- 34 Particularitates familiarum scribendae in hoc libro.  
35 Omni anno, vel saltem omni triennio, renovari debet iste liber.  
36 Liber mortuorum haberi debet ab omni Parocho.  
37 Interest parocho scribere mortuos suos.  
38 Soli Parocho non incumbit hoc onus.  
39 Singularis Ecclesiae, in quibus adiunt sepulchra, confidere debent hunc librum.  
40 Confraternites habere debent hunc librum.  
41 Hospitalia similiter notare debent mortuos suos.  
42 Regulæ tenendae a Parochis in scribendis Defunctis.  
43 Indicari debet Ecclesia, in quo sepulchrum fuit cadaver.  
44 Sufficit, ut mors Parocho innotescat.  
45 Sunt qui nullibi sepeliuntur.  
46 Documenta publica magistratum esse debent.  
47 Officium Bulletarum pro mortuis conscribendis.  
48 Plures esse possunt libri defunctorum.  
49 Personæ distinguiri debent per cognomina.  
50 Quonodo scribenda sunt nomina, et cognomina illorum, qui nomen, et cognomen simile habent.  
51 Laudabilis usus scribendi nomina Patris, et Ave.

1 Multis in locis instat Rituale Romanum, ut apud Parochos habeantur libri distincti, et parati ad notandum in illis quidquid potest per revelationem Parochianos suos juvare, ne pereat memoria rerum, quae in Ecclesia Parochiali evenerunt, et in dies eveniunt circa Sacraenta, vel Sacramentalia, vel alia iusmodi.

2 Jam in Titulo generali *De iis qua in Sacramentorum administratione generaliter servanda sunt*, §. ultimo: admoniti fuerunt Parochi, ut haberent libros necessarios ad officium suum, et subsequenter in Titulis Sacramentorum, et nonnullorum Sacramentalium denuo repetitum fuit, ut post administrata Sacraenta, et alia hujusmodi, diligenter fieret in libris annotationis ad perpetuam rei memoriam.

3 Nunc tandem in calce Ritualis, expeditis jam omnibus, quae ad Sacramentorum, seu Sacramentalium administrationem expediunt docenda. descendit Rituale ad praescribendas, et designandas formulas eorumdem librorum, et modi tenendi in descriptione rerum notandarum, ut per omnes Ecclesias uniformis sit stylus, et ordo. Quapropter antequam ad earumdem formularum descriptionem deveniamus, oportet ut ex probatis Doctoribus nonnulla afferamus, quae maxime influunt ad rectam constitutionem, et usum eorumdem librorum.

4 5 6 7 8 Libri isti vocantur etiam *Matriculae* per Barbos. *de Paroch. p. 1. cap. 7. num. 1.* ubi plene enumerat quot esse debent, et ad quem usum custodiri, subdens ex relatione, seu decreto *S. C. Ep. et Reg. sub. die 3. Julii. 1604* non esse hujusmodi libros de potestate Parochorum extrahendos: sed penes illos debere conservari, dummodo tamen, si necessarium fuerit, copia pro illorum conservatione detur: quod id dioecesi Mediolan. servari statuit *S. Carolus*, qui duplia-

tos eosdem libros fieri decrevit, ad hoc ut, quolibet anno, duplicatum Archivo Ecclesiae Mediolanensis traderetur ad perpetuam memoriam. *Act. p. 3. in fine.* Facile enim deperduntur isti libri, si eorum diligens custodia non habeatur; et proinde maximum damnum evenire potest Populo. Quare, in Visitatione, omnes et singulos dictos libros exhibendos esse Episcopo statuit *Prov. 4. ut existentia, et bona illorum custodia patet*, atque illos Parochos, qui hujusmodi libros non habuerint, vel male custodierint, graviter multando esse decrevit, *Act. p. 5. circa quod notat Anaclet. l. 2. decretal. t. 22. §. 5. n. 126.* hujusmodi libros optime probare, quanvis apud Parochum non habeant speciale Archivum; quod tamen utilissimum esset juxta monita *Eocilii Romani*, tit 12. cap. 6. ubi Parochialibus Ecclesiis praecipitur hoc Archivum.

9 Quapropter defuncto Parocho, vel ad aliam Ecclesiam transeunte libri remanere debent sub custodia Oeconomi, donec successor electus fuerit, et alii ab eodem Oecono assignandi, ut illos adhibere passit, quando opus fuerit, ad usus assignatos. *Act. p. 1.*

10 In quo casu admonendi sunt subcollectores spoliorum, dum ad vacantem Ecclesiam accedunt, Inventariumque rerum ad Ecclesiam pertinentium conficiunt, fructusque, et redditus intercipiunt in haereditate remansos, ne pro usu expoliandorum reddituum, et fructuum inexactorum, hujusmodi libros transferant de loco in locum, et secum ad domos suas asportent; eo quia in tanta rerum eversione, facile deperduntur, et oblivioni dranduntur: Dumque solertia subcollectorum quaerit quod suum est, quod suum non est usurpat, in damnum Ecclesiae. Quae cautela mere idealis non est: plures vide ego, et cognovi hujusmodi subcollectores officium suum transcendere, et nimia aviditate (quod ab Ecclesia non toleratur) bona non de juribus spoliorum occupare.

11 Igitur dum in vivis sunt Parochi, hujusmodi Matriculis seu Libris bonam custodiā adhibere tenentur, ne dum possunt ad aliorū manus facile pervenire, falsentur, vel obliterrantur; nam quandocumque requisiti fuerint, tenentur ab illis fides necessarias extrahere, vel Matrimonii, vel Baptismi, vel Mortis, et similiū, Barbos. *de Par. p. 1. cap. 7. num. 19.*

12 Non tamen tam faciles se praebere debent ad relevandas, et authenticandas has fides, quando ad usum aliquem pravum, et illi, de quo sermo est in fide, noctum, illas inservire debere, timeri potest, ne per hoc Parochi incurvant in censuram illis illatam a *Cong. Ref. Urbis*, apud de Luc. *de credit. et debit. dist. 153.* et notat *Sera de off. lucumten. c. 26. num. 12.* quem sequutus fuit Ursaya *t. 3. p. 2. disc. 2. n. 39.* Nihilominus *S. C. Concilii* stat pro exhibitione Attestationis Paro-

chialis praecipue circa vitam, et honestatem Puellarum sub die 11. Januar. 1721. Ursaya T. 4. p. 1. disc. 11. num. 32. 33.

13 14 An vero pro relevandis hujusmodi Attestationibus possit Parochus accipere mercedem ullam, quae sit fuit olim apud S. Cong. Ep. et Regul. usque ab anno 1604. atque haec rescripsit: *Nihil pro hujusmodi fide recipi posse*, Barbosa vero l. c. hoc decretum interpretando, opinatur, standum esse loci consuetudini; ita ut si solitum sit fieri gratis, gratis et ipse faciat: atque ideo posse accipere pro sua mercede illud, quod in loco solitum est dari, appertissime docet pro tuta Parochorum conscientia. Verum Anaclet. lib. 2. Decretal. tit. 22. §. 5. num. 128. dum dicit, nihil commodi atque emolumenti provenire Parochis ex hujusmodi libris, videtur quod concordet cum opinione illorum, qui cum superallegata Sacrae Congregacionis relatione asserunt, nullam mercedem Parochum sperare posse.

Valde tamen durum videtur, quod absque ulla mercede, seu remuneratione remanere debeat iste vere improbus labor perquirendi, et rimandi per horas, et quandoque per dies in tot voluminibus, et saepe incassum, adnotaciones petitas, illasque omni diligentia transcribendi et sigillo muniendi cum authentica subscriptione. Sane bona custodia librorum aliquid meretur, aliquid papyrus seu charta, et multo magis si formula sit typis exarata, et aliquid sigilli sculptura; quae omnia gratis Parocho largiri non solent. Igitur saltem pro expensis in libri et Chartae comparatione aliquid videtur Parochus posse sibi arrogare. Unde Samuel. tit. 1. contr. 6. concl. 3. quando dicit *Parochos interesse scribere diem mortis*, credo quod respiciat ad fructus, qui a tali scriptura proveniunt.

15 Ad hoc autem, ut Fides in judicio probet, est necessario facienda in forma probanti, nempe cum formalis transcriptione partitae, de verbo ad verbum, prout jacet, praemittendo verba per Barbos, d. l. num. 21. enunciata, nempe: *Ego. N. Parochus Infrascriptus Ecclesiae N. de N. fidem facio, qualiter in libro (Defunctionum, Baptizatorum, etc.) dictae Ecclesiae, fol . . . . . adest sequens partita, videlicet. Die, etc. In quorum fidem, etc. Datum. etc. Ego N. etc. de N. Parochus supradictus, manu propria etc.* Quocumque alio modo facta fides, seu Attestatio Parochi, quibuscumque verbis concepta sit, absque formalis, ut supra transcriptione partitae, non probat, Gregor. dec. 359. num. 5. Beltramin. in annot. ad decis. 359. ejusdem num. 9. et fuit dictum in Tolet. Capellae 18. Maij 1615, coram Pirovano, et in Aesina Bonorum 17. Maij. 1617. coram Andrea Ferentill. in annot. ad Buratt. num. 5.

16 17 Neque probat si extracta sit lite pendente in Rota fine citatione, et recognitione, quae tamen necessaria non erit,

si tempore productionis, non fuerit de hoc oppositum, ut censuit Rota in Romana nullitatis obligationis 26. Januar 20. coram duran. vers. non. obstat. 1. Index enim, parte non opponente, potest adhibere fidem scripturis etiam informibus, cum possint quandoque recognosci, Socin. in auth. si quis in aliquo, num. 18. et ibi decis. num. 27. vers. Si vero Judex, c. de edendo, Pute. dec. 405. l. 1. Rot. dec. 487. part. 1. recent. ex Barbos. de Paroc. p. 1. c. 7. num. 21. 22.

18 Sciendum est insuper circa bonam custodiam praedictorum librorum, debere eosdem ad hoc, ut dicantur legaliter retenti, esse bene compactos, et chartulatos, nec alium titulum, nec aliquid aliud extraneum ibidem adnotatum habentes, Monacell. T. 1. tit. 10. num. 2. atque ita dicuntur authenticati, et plene probant ea, quae ad officium Parochi pertinent, ut advertit Pax Jordan. Lucubr. t. 3. l. 14. tit. 20. num. 48. addend. ad Pamphil. dec. 456. n. 7. 8. 9.

Quinque igitur libri sunt, qui Parochiales nuncupantur, de quibus hic mentio fit: sed non omnes necesse est, ut sint apud Parochos, contra opinionem Monacell. d. l. n. 1. nam ipsa Rubrica satis aperte loquitur, et assignat eos, qui indispensabiliter haberi debent a quolibet Parocho, prout infra.

§. I. Liber Baptizatorum habeatur in Ecclesiis, in quibus confertur Baptisma.

20 Quoniam non in quacumque Ecclesia Parochiali semper adest fons Baptismalis, sed vel in sola Cathedrali, vel in paucis aliis, ex Indulto, vel Privilégio, vel consuetudine; ideo ad habendum istum Librum non tenentur omnes Parochi. In Villis vero, et locis Dioecesis, ut plurimum omnes Ecclesiae Parochiales fonte Baptismali insignitae sunt: quapropter apud istos Parochos ista obligatio vim suam habet.

21 Ex partita hujus Libri superlativa provatur quis baptizatus, et ejus aetas, prout docent Caputaq. dec. 614. n. 1. p. 1. Mandos. ad Reg. 18. Cancell. q. 10. a num. 1. et alii quamplurimi allegat. a Barbos. de Par. p. 1. cap. 7. nu. 4. et de Episc. p. 2. alleg. 32. n. 176. Ubi dicitur, quod hujusmodi liber de Baptizatis tenendus est, et faciendus a Parocho, in quo nomina et cognomina ipsorum sint descripta, Parentumque, si de legitimo Matrimonio nati sunt, cum nominibus Patrini, vel Patrinorum, Die, Mense, et Anno, Fusc. de Visit. l. 2. c. 3. n. 24.

22 Quo vero ad formam hujus libri, satis laudabile Decre

tum Synodale Episcopi Taurinen. affert Durand. in una Taurinen. Professionis 1. Junii 1629. quae est 207. inter ejus decisiones a Sciamana collect. pag. 359. (circa quod valde errat in eo allegando, Barbosa de Par. p. 1. cap. 7. numer. 4.) ubi statuitur sub num. 5. quod debeat esse foliorum ad minus centum, hoedina charta coopertus, candida, et sine macula, et auro in suis extremitatibus delineatus, chordulis fericeis rubei coloris, ad claudendum munitus, et in ea recta verborum formula describi possit annus, mensis, etc Baptizati. Haec vero tam culta facies externa non est de substantia, sed potius pertinet ad instructionem Parochi, ut sic ornatus Liber filius custodiatur, difficilisque deperdi possit, ut DD. de Rota dixerunt in eadem decis. nu. 5. quae tota ex gratia videnda est, cum in se multa ad praesens argumentum satis utilia contineat.

23 24 Nec obstat, quod Liber reperiatur diversis characteribus descriptus, quia Parochus non idem super est, nec idem semper est qui baptizat; sed quandoque, et frequenter Capellani, qui sunt amoviles, et non perpetui, munus baptizandi sibi adseiscunt ad sublevandum Parochum a labore. Unde recognitio manus Parochi, qui scripsit in tali Libro, non est necessaria, constito de Libri identitate, Dec. d. n. 12. et nu. 14. Quod autem in eo non reperiantur descripti quidam, qui probantur nati de eodem anno, non debet redundare in praejudicium descriptorum, quia potuerum baptizari alibi.

Prae omnibus attendendum est decretum Conc. Trid. Sess. 24. de ref. matr. cap. 2. per quod Parochis imponitur obligatio conficiendi; et retinendi hujusmodi Librum, Genua de script. priv. l. 5. tit. de Scriptur. Pleban. q. 1. num. 3. et 4. Duran, decis. 18. Romana nullitatis obligat. 1626. n. 22.

## §. II. Liber Confirmatorum habeatur in Ecclesiis, in quibus confertur Chrisma.

25 26 Confirmationis Sacramentum potest ab Episcopo ministrari in quacumque Ecclesia suae Dioecesis, ideoque difficile est praescribere, ut in omnibus Ecclesiis retineatur liber Confirmatorum: nihilominus si loquimur de Ecclesiis Civitatum, sufficit, ut iste liber custodiatur in Archivo Ecclesiae Cathedralis, Possevin, de Off. Curat. cap. 12. num. 43. Pro Ecclesiis vero Dioecesis, seu ruralibus regulam satis claram praestat Barbos. de Par. p. 1. c. 7. n. 16.

In hoc autem Libro describi debent, nomina, et cognomina Confirmatorum: Patrum, et Matrum, neenon Parochiae, in qua degunt: item Patrinorum, seu Matrinarum, et ipsius Epis-

copi ministrantis: tum dies, mensis, et annus, et Titulus ipsius Ecclesiae, in qua Chrisma fuit administratum.

27 Ad hoc ut ista adnotatio facile succedat, nec in personarum tumultu, occasione confirmationis, aliquis oblibiscatur se constitundi ad regestum apud Parochum, usus laudabilis est, ut confirmandi secum habeant schedulam, ad hoc typis impressam, cum eorum nominibus, Patrinorum, seu Matrinarum, et Parochiae, manu descriptis; quae schedulae a Clerico, seu alio ministro collectae in actu confirmationis de manu confirmati, tradantur Parocho, qui illas alphabeticè describat in libro parato ad hoc officium: qui mos satis laudabilis est, quia hoc pacto nullus ah hac descriptione subtrahitur.

## §. III. Liber Matrimoniorum, etc.

28 29 30 Hic liber a quolibet Parocho habendus est, cum sit unus ex tribus definitis a Rituali: circa quem nonnulla advertenda sunt. Et primo, Necessarium est, hunc Librum penes Parochum haberi indispensabiliter, prout decernit Conc. Trid. Sess. 24. de Ref. Matrim. c. 1. vers. habeat Parochus; ut si dubietas aliqua contingat, possit fidem de contracto Matrimonio praestare: non praesumitur enim contractum Matrimonium, quando non reperitur in Libro adnotatum, Ursaya T. 1. p. 2, d. 1. num. 39 qui liber in hac parte superlativam probationem facit ex adduct. per Gratian. disc. 481. num. num. 8. et Rot. coram Cavaler. dec. 444. num. 1. unde et nomina testium, et locum contractus describere debet, Barbos. de Par. p. 1. c. 7. n. 6. 7. 8. 9. ex quo libro probari Matrimonium tenet Cancell. Gallia cons 15. n. 3. Genua q. 6. l. 5. alii; cum Parocho deponenti de pertinentiis ad suum officium credatur, Menoch. de Arbitr. c. 99. n. 3. Sard. dec. 70. num. 13: Gratian. in terminis discept. t. 4. disc. 653. n. 60. Nomina vero testium, et locus contractus describi debent in fine, quia cum haec ad solemnitatem Sacramenti pertineant propter finem necessarium vitandi lites, obligare sub mortali, tenent Sanch. de Matr. l. 3. disp. 15. n. 22. Reginald. Prax. for. Poen. l. 31. n. 242. V. ult. Gutier. de Matrim. cap. 60. num. 9. et alii apud Barbos. l. c. n. 8. qui formulam tradit, de qua infra in formulis sermo habebitur.

Adnotazione vero Testium nullatenus necessariam, minusque validitate Matrimonii nocentem illius omissionem vult Ursaya T. 1. p. 2. disc. 1. num. 10. Ex quo Parochi negligentia contrahentibus praejudicare non valet; ut cumulatis antiquioribus, firmavit Rota cor. Otthobon. dec. 251. num. 36. Ubi, quod Concilium Tridentinum disponens, quod Parochus retineat li-

Com. t. III.—P. 20.

brum, in quo Matrimonia debeant adnotari, non progreditur ulterius illa invalidando ex defectu adnotationis. Nihilominus multum confert juncta cum aliis circumstantiis ad Matrimonii comprobationem per ea, quae observant adducti per Cavalcane. *de Testib. p. 3. num. 443.* ab Ursaya ibi allegat, ubi quod frusta Concilium Trid. onus imposuisset Parochis describendi Matrimonia in eorum libris, nisi fidem facerent.

Quod si in casu revelationis fidei, Testes mortui essent, et simul Parochus, qui partitam descripsit in libro, adhuc per fidem relevatam plene probatur Matrimonium absque aliis probationibus, ut bene resolvunt cum Barbos. *de l. num. 10.* Cavalcane. Mascard. Sanch. et alii. Ratio autem est, quia in hoc Parochi fides, atque illibata custodia fuit electa a Sacrosanto Concilio, Bellet. *disq. Cler. p. 1. tit. de Cler. test. §. 1. num. 9.* Mascard. *de probat. concl. 672. num. 18.* et alii apud Barbos. *de Ep. p. 2. alleg. 32. num. 175.*

31 Sciant ulterius Parochi, quod si Matrimonium contractum in libro non descripserint, in peccatum mortale incident, quia spernunt praeceptum Concilii in re gravi, ut pluries firmavit Rota *dec. 233. num. 11. p. 10. dec. 445. p. 13. et dec. 44. num. 29. recent.* et coram Dunozet Jun. *dec. 896. num. 3.* Monacell. *T. 1. tit. 10. for. 8. num. 7.* unde si in visitatione Episcopus inveniat eos in hoc deficere, corripiat, et puniat.

32 Quasita fide, annis elapsis, de Matrimonio inter duas spectatae famae Personas, a qua arduae litis dependebat decisio, non fuit inventa in libro consueto Parochiali Matrimoniorum descripta partita adeo necessaria. Diu moratum fuit in hac indagine, quae eo obscurior erat, quia Parochus, per quem describi debuerat illa partita, jam e vivis decesseret. Tandem Deo favente, tunc quando minus sperabatur, et Judex in calculo ferendae sententiae jam erat, inventa fuit Partita fideliter, et diligenter descripta in libro Mortuorum ejusdem Parochiae: cumque nihil aliud ejus valori objiceretur, nisi aequivocatio libri, cum regulariter in libro Defunctorum non describantur nisi mortui in illa Parochia, non vero Matrimonia, pars quae contra fidem instabat, recursum habuit pro consilio, et voto ad D. Dominicum Catelanum, tunc Cardenal de Verme Episcopi Ferrarens. Vicarium Generalem, ac deinde merito Termularum Episcopum laudatae memoriae; qui casu diligenter examinato, inspectaque oculariter Partita, et Libris tunc Matrimoniorum, tum Defunctorum consideratis, aequivocationem hanc declaravit nihil officere validitati, et robori ejus, quia non dolosa erat, sed tantum materialis; et vere dici poterat, talem Partitam descriptam fuisse in Libris Parochialibus, licet liber ille, per accidens, non esset ad Matrimonia destinatus. Itaque canonizata fuit haec Fides, et relevata ad producendum in Processu favore Partis, pro qua inquisita fuerat.

§. IV. Liber status Animarum.

33 34 Et hic quoque liber habendus est a quocumque Parrocho, prout Rituale praecipit, Concilium enim Tridentinum *Sess. 22. de Ref. cap. 1.* docet debere Praefectos Curae Animarum Oves suas agnoscere non solum in genere, sed et in specie per familias singulas, et individuo Personas quaslibet, earumque aetatem, et qualitates, ut possint ipsimet, vel si opus fuerit, Ordinarii locorum, necessaria ad salutem singulorum opportune subministrare, Barbosa *de Pot. Par. p. 1. cap. 7. n. 1.* Nec facilius hoc fieri potest, quam hunc librum componendo ad praescriptum Ritualis. Ibi Familiae, et Personae subditorum cum aetatis nota, et Sacramentorum praesertim ad salutem necessariorum receptione, et alia hujusmodi describi debent.

35 Pro recto usu hujus libri admonet Monacell. *d. T. 1. tit. 10. §. 1.* ut si non singulis annis, saltem omni triennio renoveretur, quia probabiliter censemur quocumque triennio, vel per mutationem loci, vel per augmentum, vel decreamentum Familiae, renovari statum subditorum illius Parochiae.

§. V. Liber defunctorum habeatur etiam in omnibus Ecclesiis, in quibus Defuncti sepeliuntur.

36 Eadem ratione, qua describi debent a parrocho qui nascentur, et baptizantur, adnotari debent etiam qui moriuntur; illi enim adnotanti mortem Parochiani creditur, quia ad illum et opus sepeliendi Defunctos suae Parochiae, et hujusmodi adnotatio spectat, ut per Barbosa *de potest. Episc. p. 1. cap. 7. numer. 31.* qui plures Doctores ejusdem sententiae affert. Quod vero ex hac partita probetur mors, et sepultura alicujus tradit Menoch. *de praesumpt. lib. 1. praes. 51. numer. 53.* cum aliis multis.

37 Quapropter attendenda est Conclusio Samuelis *de Sump. tit. 1. contr. 6. concl. 3.* Parochum interesse scribere diem mortis, ac sepulturam sui Parochiani: ad id enim habere debet librum paratum, ubi cum omni sinceritate, ac fidelitate procedere, et incidere debet, sine dolo, et fraude.

38 39 40 41 Sed onus hoc Defunctos scribendi soli Parrocho non incumbit: unaquaeque Ecclesia, si non jus, saltem consuetudinem habet tumulandi Cadavera: quapropter singulae Ecclesiae, in quibus humanum cadaver aliquod sepelitur, hunc librum habere debent, in quo fideliter adnotentur De-

functi; nam etiam istis fides in Judicio adhibetur, Rota in Elven. Heremitorii, 7. Febr, 2631. coram Merlino, ubi fuit dictum, quod circa mortem alicujus, credendum est libro Societatis, si Confraternitas habet pro instituto hoc officium generale sepeliendi mortuos: et quod credatur Scribis deputatis a Confraternitatibus in Regno Lusitaniae consuluit Valase. Cons. 10. num. 1. p. 1. quem refert Perez de Lara de Capellan. et Anniversar. lib. 2. cap. 4. numer. 91 et 93. Escobar. de purit. et novi. proban. p. 1. q. 6. §. 1: num. 30. Prout etiam ex Libro Hospitalis, cui consuevit fides adhiberi, probari mortem affirmat Surd. Cons. 350. nu. 36. Barbos. de Par. p. 1. cap. 6. num. 13. 14. et 15.

42 43 Regula tutior a Parochis tenenda erit haec. Quicunque sit qui moriatur, procul dubio alicujus Parochiae subditus est, quamvis in Ecclesia Porochiali non sepeliatur: cumque suorum subditorum debent Parochus curam habere donec tales fuerint seu super terram superstites, ultimos actus hujus jurisdictionis per sepulturam (in quocumque loco fuerit) concludi debet. Non ne illum in Libro status Animarum, vivum descripsit? non ne in Libro Matrimonii, si sub illo conjugatus fuerit? non ne Sacraenta illi ministravit? quae ratio igitur impedit, ut illum in libro mortuorum non describat, licet in Ecclesia aliena sepeliatur? Ejus praesentia certe non defuit in funere associando, cum jus illi competit concomitandi Cadaver, quamvis deferatur ad alienam Ecclesiam: ergo testimonium praestare potest de ejus morte, funere, et sepultura; Quapropter in libro adnotabit quosecumque defunctos in sua Parochia, quamvis in ea sepulchri honore destituti fuerint, cum hac tamen advertentia (ut in explicatione formulae notabimus) iudicandi Ecclesiam, in qua tale Cadaver humatum fuit. Definitio itaque Barbosae loc. cit. non est tata; dum enim dicit: notandus esse in Libro Parochiali Defunctos in Parochia suo sepultos, jus Parochi limitat, quando hoc quoad funus ad quaecumque Ecclesias extenditur.

44 45 Nec obstat, quoad vere Parochus oocularis testis non fuerit humationis, quia in associatione Cadaverum ad Ecclesiam Regularium Sepulturae non assistit: testimonium enim Parochi fit de morte, non de sepultura, et mors illi manifesta est pluribus modis, sed praecipue ob associationem Cadaveris. Sepultara est quid consequitum morti: mors est certa; sepultura vero incerta, et constat de morte, donec videatur reviviscientia, Pignateil, T. 4. cons. 16. num. 5. Ultraquamquod Fides de sepultura non semper fieri potest, corpora enim non semper sepulturae traduntur, ut videre est in supilio damnatis, et dissectis, in incendio combustis, in mari, seu fluminibus demersis, vel pulvere tormentario discriptis, neenon simili modo enecatis, qui generaliter loquendo, nullum habent se-

pulchrum, vel incertum, vel multiplex. E contra fides de morte semper fieri potest, quia mors certa est, nec evitari potest, et sufficit, ut Parochio evidenter constet, aliquem expirasse animam, ut legalem et authenticam fidem praestare possit.

46 47 Praeter Parochos, et aliarum Ecclesiarum Custodes in quibus humantur Cadavera, fides relevari potest ex publicis documentis. Unaquaque enim Civitas de more Officiales deputatos habere solet, qui Regestum fidele teneant Defunctorum totius Civitis. Certe hic Ferrariae per magnum Centumvirale Concilium quolibet anno eligitur, ac deputatur unus Notarius ad officium Bullettarum nuncupatum; qui librum Defunctorum in toto illo regiminis sui anno conficiat, juxta notulas sibi per Libitinarios, qualibet hebdomada traditas, statuto stipendio unius obuli pro quocumque Defuncto, qui obulus in consuetis Taxis funeralibus locum habet. Istorum Notariorum officium est, non tantum registrare nomina Defunctorum, sed libros annorum praeteritorum sibi traditos custodire, atque ab illos relevare, quando opus fuerit, fides authenticas, quae in iudicio producuntur, et suum valorem habent, tamquam si a Parochis exaratae essent: et tamen nemo istorum Notariorum testis fuit mortis illius Defuncti, de quo relevantur attestations, et documenta.

48 Sed ut ad Parochos redeamus, Libri Defunctorum plures esse possunt arbitrio Parochi, nempe unus pro mortuis morte naturali, alter pro interemptis, alter pro subita morte correptis, ut notat Monacell. d. lib. Sed magni incommodi esset haec regula, cum per unicum librum satis fieri possit Universis.

§. VI. Advertat in primis Parochus, ut in Libris tam Baptizatorum, et Confirmatorum, quam Matrimoniorum, et Defunctorum exprimat semper non solum nomen Personarum, quae ibi nominantur, sed etiam familiam.

49 50 Distinctio communior Personarum est per cognomina, quae praestant id quod sufficit, ut facile dignoscatur persona, de qua agitur, et evitentur aequivocationes. Ubi advertendum est, quod si duo, vel plures Personae reperiuntur in uno loco, quae ejusdem nominis, et cognominis sint, prout saepe accidit in Civitatibus populosis: tunc inveniendus est a parochio modus, ut unus distinguatur ab alio, nempe nobilitas, vel iguobilitas conditionis, exercitium, seu ars, Via et situs Domus sua, personales inspectiones, dignitates, nomen Patris Avi, et alia inservire possunt ad illos distinguendos.

51 Optima demum regula illa est nonnullarum nationum, quae nomen alicujus indicando, nunquam praetermittunt nomen Patris, Avi, et Avabi, quasi librum generationis ejusdem percurrentes, hoc pacto, verbi g. Titius Filius Sempronii, olim Caji, qui fuit olim Seji; et sic generationes istas enumerando non confunduntur personae, licet eodem nomine, et cognomine appellantur.



## FORMA

# DESCRIBENDI BAPTIZATOS

IN PRIMO LIBRO.

## TITULUS DECIMUS OCTAVUS.

### SUMMARIUM.

- 1 Formula communis.
- 2 Formula restrictior.
- 3 Quae in una Formula restringi debeant?
- 4 Ille qui Baptizat, debet indicari.
- 5 Dies nativitatis exprimi debet.
- 6 Ad quid inserviat ista adnotatio?
- 7 Parochi caute se gerant in describendis natis ex incertis Parentibus.
- 8 Nomen matris certe scribendum.
- 9 Parochi non est judicare de legitimitate Prolis.
- 10 Expositi possunt esse legitimi.
- 11 Schedulae appensae collo Infantibus non sunt attendendae.
- 12 Non obstantibus schedulis. Infantes baptizandi sub conditione.
- 13 Baptizati ab Obstetricibus notandi sunt.
- 14 Expletae Caeremoniae notari debeant.
- 15 Nomen est imponendum a Parochio, non ab Obstetrica.
- 16 Quicunque sit, qui baptizet, etiamsi Episcopus, notandus.
- 17 Principum filii, licet non baptizantur in Ecclesia, notari debent.
- 18 Baptizati sub conditione adnotandi.
- 19 Obstetricae debent prius approbare, et examinari circa Baptismum.
- 20 Formula scribendi in libro Neophyti Baptizatos.
- 21 Omnes circumstantiae apponendae sunt.

1 2 3 Restrictiorem Formulam hujus descriptionis tradit Monacell. *T. 1. tit. 10. for. 1.* Sed haec a Rituale praescripta est tutior, et in judicio fidem facit, Rota coram Duran. *in Taurinen. Professionis, dec. 207.* Compendiositas vero Monacelli provenit ex multiplicitate formularum ab hac unica Ritualis Romani extractarum: nam praeter formulam descriptionis Natorum, et Baptizatorum, tradit illam nati ex Pa-

51 Optima demum regula illa est nonnullarum nationum, quae nomen alicujus indicando, nunquam praetermittunt nomen Patris, Avi, et Avabi, quasi librum generationis ejusdem percurrentes, hoc pacto, verbi g. Titius Filius Sempronii, olim Caji, qui fuit olim Seji; et sic generationes istas enumerando non confunduntur personae, licet eodem nomine, et cognomine appellantur.



## FORMA

# DESCRIBENDI BAPTIZATOS

IN PRIMO LIBRO.

## TITULUS DECIMUS OCTAVUS.

### SUMMARIUM.

- 1 Formula communis.
- 2 Formula restrictior.
- 3 Quae in una Formula restringi debeant?
- 4 Ille qui Baptizat, debet indicari.
- 5 Dies nativitatis exprimi debet.
- 6 Ad quid inserviat ista adnotatio?
- 7 Parochi caute se gerant in describendis natis ex incertis Parentibus.
- 8 Nomen matris certe scribendum.
- 9 Parochi non est judicare de legitimitate Prolis.
- 10 Expositi possunt esse legitimi.
- 11 Schedulae appensae collo Infantibus non sunt attendendae.
- 12 Non obstantibus schedulis. Infantes baptizandi sub conditione.
- 13 Baptizati ab Obstetricibus notandi sunt.
- 14 Expletae Caeremoniae notari debeant.
- 15 Nomen est imponendum a Parochio, non ab Obstetrica.
- 16 Quicunque sit, qui baptizet, etiamsi Episcopus, notandus.
- 17 Principum filii, licet non baptizantur in Ecclesia, notari debent.
- 18 Baptizati sub conditione adnotandi.
- 19 Obstetricae debent prius approbare, et examinari circa Baptismum.
- 20 Formula scribendi in libro Neophyti Baptizatos.
- 21 Omnes circumstantiae apponendae sunt.

1 2 3 Restrictiorem Formulam hujus descriptionis tradit Monacell. *T. 1. tit. 10. for. 1.* Sed haec a Rituale praescripta est tutior, et in judicio fidem facit, Rota coram Duran. *in Taurinen. Professionis, dec. 207.* Compendiositas vero Monacelli provenit ex multiplicitate formularum ab hac unica Ritualis Romani extractarum: nam praeter formulam descriptionis Natorum, et Baptizatorum, tradit illam nati ex Pa-

rentibus incertis; illam supplementi caeremoniarum, et denique illam pro Baptizatis Domi ob periculum imminens mortis, illam supplementis caeremoniarum, et denique illam adhibendam in casu quo infans dubie fuerit baptizatus, seu dubitetur de validitate collati Baptismi: quae tamen varietates formularum utiles sunt, et adhibendae in suis casibus.

§. I. Anno Domini ..... Die..... Mensis ..... Ego N. Parochus hujus Ecclesiae S. N. Civitatis, vel Loci N. Baptizavi Infantem, Die..... Natum, vel natam ex N. et N. Conjucibus hujus, vel Parochiae S. N. et ex tali Patria, vel familia. Cui impositum est nomen N. Patrini fuerunt N. Filius N. ex Parochia, seu loco N. et N. Coniux N. Familia N. ex Parochia, seu loco N.

4 Ego N. Parochus, etc. Haec eadem Rubrica, ut infra limitatur, si Parochus non sit, qui baptizet, sed Capellanus, vel alius Sacerdos de consensu Parochi. Tunc nomen Baptizatis exprimi debet, ut veritas omnino eluceat in testimonio faciendo.

5 6 Die.... natum, etc. Dies nativitatis, quatenus sciri possit, exprimi debet; si vero non innotescat, erit reticendum. Inservit autem haec specialis diei indicatio ad probandam aetatem in illis, qui baptismum protaxerunt per dies, et menses, Narbona de Aetate. l. 2. c. 2.

§. II. Si Infans non fuerit ex legitimo Matrimonio natus, nomen saltem alterius Parentis, de quo constat, scribatur (omnes tamen Infamiae vitetur occasio.) Si vero de neutro constat, ita scribatur: *Baptizavi infantem, cuius Parentes ignorantur, etc.*

7 8 9 Prudentia Parochi in hoc valde eminere videbitur si in notandis, seu describendis Baptizatis, sed natis ex Parentibus incertis, caute se gesserit, ita ut nemini infamiam intulerit. Quando vero unus ex Parentibus instet, ut scribatur nomen vel Patris, vel Matris, advertere debet Parochus ne hoc fiat subdole, et malitiose, ad hoc ut tractu temporis, qui testimoniun relevaverit, fidem habeat de eo, quod non fuit. Regula itaque certa erit scribere nomen Matris, si certa scia-

tur, non vero Patris, quia hoc est difficilis probationis etiam in Conjugatis, multo minus in solutis: Ad summum adnotare poterit nomen Patris cum clausula; *ut dicitur, ut ajunt, ut relatum fuit, ut instituerunt scribi,*) nusquam tamen hoc fiat, si ex conjugatis natus sit Infans, quamvis suspicio etiam gravis adesset: imo etiam si causa deducta esset ad forum contentiousum, quia Parochi, seu Baptizantis non est judicare de illegitimitate Prolis, ut communiter docent Doctores.

§. III. Si expositus sit infans, exprimatur quo die, ubi, et a quo repertus: et quot dierum verisimiliter sit, et baptizetur sub conditione, si ignoratur fuisse baptizatum.

10 11 12 Non omnes expositi sunt illegitimi, sed derelicti dicuntur, ideo quamvis non constet de eorum Parentibus, attamen legitimi esse possunt. Iste absolute, et absque ulla conditione baptizandi sunt, quoties est omnimoda ignorantia de sibi collato Baptismo, nec ulla datur in oppositum certa conjectura. Si vero haberent appensam collo, vel in alia corporis partem schedulam, in qua esset scriptum recepisse Baptismum, tunc sub conditione baptizari debent, quia schedula potest esse testimonium illusorium ab aliquo Fidei Christianae hoste adductum, ut communiter distinguunt DD. relati a Romagnier. ad Synod. Gerund. l. 3. tit. 18. cap. 7. a 9. Monacell. T. I. titul. 10. for. 3. num. 3.

§. IV. Si infans Domi ob imminens mortis periculum baptizatus sit, tunc ita scribatur.

Anno..... Die..... Mensis..... Natus est N. Filius N. Conjugum. etc. ut supra, etc. quem. ob imminens mortis periculum, in Domo rite baptizavit N. Obstetrix probata; vel N. Filius N. ut mihi retulit N.

13 14 Ista descriptio facienda erit a Parroco unice in easu, quo Infans, qui domi baptizatus fuit, ob imminens periculum mortis, idem periculum evaserit: nam si post Baptismum domi natum, mortuus fuerit, nulla de eo fit mentio a Parroco, quia nullam partem in eo habuit, licet Ecclesiasticae sepulturae tradatur. Contrariam opinionem vero sustinet Monacell. d. l. num. 3. §. si infans, etc, ante form. 4. quae in hoc casu Com. t. m.—P. 21.

sustineri nequit, nisi dictus Author intelligat, scribendum esse hunc Baptismum privatum tunc, cum scribit in libro mortuorum morte in, et sepulturam Infantis.

Si vero mortis periculum post collatum Baptismum evaserit, tunc pro explendis Sacris Caeremoniis. Infans deferendus est ad Ecclesiam, prout notavimus in *Tit. de Bapt.* et istud caeremoniarum supplementum erit notandum in libro formula sequenti.

§. V. Si supervixerit Infans, et adhibitae sint in Ecclesia Sacrae caeremoniae, ita addatur:

Die..... Ejusdem mensis, ad Ecclesiam portatus est Infans praedictus, ipsique ego Parochus Sacras Caeremonias, et preces adhibui, et N. Nomen imposui.

15 Hinc patet, Nomen imponendum esse Infanti a Parocho baptizante, non vero ab Obstetricie, vel alia persona, quae Infantem baptizaverit in privato loco, ob periculum imminens, quia in illo periculo de salute Animae quaerendum est, non vero de nomine Infantis, cui Ecclesia pia Mater debet nomen imponere. Si vero detur in Baptizante talis ignorantia, vel inadvertentia, ut cum Baptismo, nomen quoque imponatur Infanti; istud nomen erit a Parocho baptizante in faciem Ecclesiae confirmandum, quia Parochus sequi debet voluntatem Parentum, seu referentium Infantem ad Fontem, quando id postulent, et nomen si vere ab Ecclesia approbatum.

Et quoniam de imponendo nomine primum: Locus est hic admonendi Parochos, sive quoscunque alias ad fontem Baptizantes, hujusmodi nomen imponendum esse ad libitum parentum suorum, dummodo nomina sint decentia, et prout a Ritu nostro praescribuntur.

Potest nomen esse multiplex sive sit masculini, sive faemini generis, et nomina etiam, quae convenient masculis, possunt faemino generi applicari. Prout Hieronymus, Jacobus, Julius, Bartholomaeus, Caspar, et hujusmodi faeminae Baptizandae in actu Baptismi applicari possunt dicendo Hieronyma, Jacoba, Julia, Bartholomaea, Caspara, etc.

Quod si multa essent nomina, nec ita facile memoriae tam cito mandari possent, ut nominentur in forma, et cum aliis verbis recitandis tempore Catechismi, seu Baptismi: non pigeat Parochum, seu alium quemcumque Baptizantem, illa in chartula conscribere et legere toties quoties opus erit illa repetere.

Immo parentum solertiae incumberet hujusmodi nomini no-

mina (praecipue si plura essent et extravagantia) in Pagella conscripta secum ad fontem portare ad illam Parocho seu Baptizanti praebendam, ut hoc pacto expeditius munus suum expeditat.

§. VI. Si forte non Párochus, sed alias baptizaverit, id exprimatur.

16 17 Praeter Parochum, seu ejus Capellatum, dari potest, ut ministretur Baptismus ab Episcopo, vel á dignitate Capitulari, et in hoc casu ista specialitas est in libro notanda ad legalitatem ipsius; etiamsi Baptismus non conficeret in Ecclesia, sed in Domo, seu Palatio Principis, prout dictum fuit in *Titulo de Sacramento Baptismi*, §. 3. ubi excipiuntur ab obligatione ad eundi Parochia Regum, et Magnorum Principum Filii. Tunc quamvis Parochus non sit Baptismi ministrator, attamen esse debet praesens, ut omnia videat, quae in libro Parochiali notanda sunt.

§. VII. Si fuerit baptizatus sub conditione, *Si non es baptizatus*: id pariter exprimatur.

18 Quando dubitatur de validitate Baptismi, utpote quia Obstetrix, vel alias Baptizans in periculo Mortis, postea examinatus, recte formam non callere repertus est, vel quia aqua elementaris, qua usus fuit, dubia erat, aut ex alia similia causa, tunc erit Infans rebaptizandus sub conditione, et in partita libri apponendum erit, quod in examine diligenter habito Baptizantis super forma, et modo Baptismi per eum collati, dubitatum fuit de illius validitate, atque ideo rebaptizatus fuit. Infans sub conditione: *si valide non es baptizatus, etc.*

19 Dicitur in forma: *ab Obstetricie approbata*, ut intelligat Parochus, quod nulla foemina exercere debet munus obstetricis, antequam sit bene instructa per eum circa materiam, et formam hujus Sacramenti, et ab Episcopo approbata, prout monet S. Carolus *Prov. 5. et Gavant. Man. Episc. verb. Baptismus, numer. 26.* quod tradunt communiter Doctores, quos refert Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 18. cap. 2. numer. 18.*

Insuper additur expressio, seu enuntiatio imminentis periculi mortis, ad demonstrandum, quod seclusa necessitate, et periculo, in collatione Baptismi adhibendae sunt solemnitates ab

Ecclesia praescriptae; alias baptizans absque illis graviter peccaret, Monacell. d. form. 6. num. 6.

Rituale Romanum non affert formulam descriptionis Neophytorum baptizatorum, qui ab Hebraismo, seu ab Infidelitate, ad gremium Ecclesiae se conferunt, et tamen ista formula debet esse specialis, et distincta ab aliis supra descriptis ut jam dictum fuit in *Titulo Baptismi Adulorum*, §. 47. V. Remanet.

20 Hujusmodi est illa, quam adhibet Ecclesia Cathedralis Ferrariae, in qua frequenter intra annum baptizantur Judaei, et Infideles ad Catholicam fidem conversi. Hanc afferam ad publicam utilitatem, prout sequitur.

*Reverendissimus N. N.* (Hinc ponatur nomen, et dignitas illius Personae in dignitate constitutae, quae Adulatum baptizavit.)

Si vero fuerit Curatus, scribatur hoc pacto.

*Ego N. N. Curatus, etc. Exorcizavi, Catechizavi, et solemniter Baptizavi N. N. Hebraeum de Ghetto, vel talis Civitatis* (vel illius nationis infidelis; de qua est) *Filium N. N. et N. N. Conjugum; in Hebraismo, seu inter Turcas, vel alios Infideles commorantem; cui impositum fuit nomen N. Patri-ni fuere N. N. et N. N. quorum unus donavit illi Cognomen-tum de N. etc. Ego. etc.*

In quibuscumque tandem formulis Parochus circumstantias omnes supra notatas per totum hunc Titulum apponere non renuat, quia saepe improbanda identitate Personae, in succe-sionibus, et aliis casibus maxime prosunt.

## FORMA

# DESCRIBENDI CONFIRMATOS

IN SECUNDO LIBRO.

## TITULUS DECIMUS NONUS.

### SUMMARIUM.

- 1 Occasione Visitationis fieri debet ab Episcopo Confirmatio.
- 2 Aetas confirmati describenda.
- 3 Solemnitas Pontificalis notanda.
- 4 Mares a Foeminis separatim describantur alphabetice.
- 5 Quomodo illegitimi Confirmati notandi sint.

Sequitur Liber ad describendos Confirmatos, qui tamen, ut diximus, non a quibus Parocco habendus est, sed ab illis tan-tummodo, in quorum Ecclesia ministratum fuit hoc Sacra-men-tum ab Episcopo, Formula est hujusmodi.

§. I. Anno..... Die..... Mensis..... Qui fuit Dies.....  
N. Filius N. et. N. Conjugum. Vel N. Filia N. Si fue-  
rit nupta addatur Uxor N. Sacramentum Confirmationis  
acepit a Reverendissimo vel Eminentissimo D. N. Epis-  
copo N. in Ecclesia S. N. Civitatis N. vel loci N. Com-  
pater fuit N. Filius N. Parochiae S. N. Civitatis, vel lo-  
ci N.

1 Pariter in hac forma Monacellus dict. l. formul. 7. ad-dit nonnulla ad majorem explicationem Collationis hujus Sa-cramenti. Et primo: *Occasione Visitationis.* Et hoc ut re-

cordetur Episcopus, quod, ne subdita graventur, conveniens est, ut hoc Sacramentum ministretur occasione Visitationis locorum Dioecesis.

2 Insuper aetatem Confirmati describendam esse dicit, ut notum sit, qua aetate tale Sacramentum suscepit, et an fuerit compos mentis, ut memoriae retineat collationem ejusdem.

3 Addit etiam circa Episcopum, quod fuerit Pontificaliter induitus, ut solemnitas appareat, quae celebratum fuit hoc Sacramentum, de quo vide Pontificale Romanum.

§. III. Marium descriptio in una pagina, seu prima facie salii; Foeminarum vaero in altera sejunctim notetur.

4 Clarius explicat Monacell. *dic. l.* quae praescribuntur in hoc Paragrapho; nam dicit; *Describantur mares separatim a Foeminis, in eodem Libro ordine alphabeticō, exprimendo aetatem, et qualitatem Adulторum, praeſertim si sint conjugati.*

§. III. Si confirmatus non constet an ex legitimo Matrimonio genitus sit, vel Parentes ignorentur servetur quod in Libro Baptizatorum praescriptum est.

5 Sufficit, ut qui Confirmatos in libro describit, si ejus Parentes incerti sint, scribat haec verba: *N. cuius Parentes ignorantur.* Non debet enim Parochus decernere, seu judicare, an ille sit Spurius, an Legitimus: quod si faceret, damnum, et quidem maximum, inferret Confirmato, qui (hoc non obstante) legitimate posset esse procreatus: incertitudo enim Parentum non est sufficiens ratio, ut quis dicatur illegitimus, ex communi Doctorum sententia; et eo magis infamiae occasio daretur, quia Adultus si sit mentis, et rationis compos, deducit suum concepire potest, quod non evenit in scribendis Infantibus baptizatis, quia in illa aetate nihil de se ipso Infans cognoscit, nec erubescere valet eo pacto, quo maximum pudorem conceipere posset in adulta aetate, si in conspectu ejusdem pronunciaretur sententia de ejus illegitimitate.

## FORMA

# SCRIBENDI CONJUGATOS

IN TERTIO LIBRO.

## TITULUS VIGESIMUS.

### SUMMARIUM.

- 1 Formula amplianda est, et registranda juxta casus occurrentes.
- 2 Quaenam sint necessaria, ut scribantur?
- 3 Conditiones omnes scribendae.
- 4 Variatio Formulae quando occurrat?
- 5 Fides denunciationum fieri debent in scriptis, non verbaliter.
- 6 Respiciendum est in hoc, tempus futurum.
- 7 Facultas pro exteris danda est ab Ordinariis.
- 8 Dilatio publicationum debet esse in scriptis.
- Conjugati post dilationem publicationum monendi sunt de non detectis impedimentis.
- Denunciations per quas causas omitti possint?
- Facultas conjungendi in scriptis esse debet.
- Ad quid inserviat adnotatio dispensationis?
- Denunciationes factae in diversi Parochiis adnotari debent.
- Negligentia Parochorum in scriberis conjugatis damnanda.
- Parochi negligentes puniendi sunt.
- Expositio de chartulis deperditis non valet.
- Parochi caute se gerant in faciendis attestationibus.

Tertius Liber habendus a Parocho ille est, in quo describendi sunt conjugati suae Parochiae, toties quoties Sacramenter contrahunt, seu in primo, seu in secundo, seu in quocumque alio Voto. Formula autem est hujusmodi.

§. I. Anno.....Die.....Mensis..... Denunciationibus praemissis tribus continuis Diebus festivis, quarum prima, die.....secunda, die.....tertia, die.....inter Missae Paro-

cordetur Episcopus, quod, ne subdita graventur, conveniens est, ut hoc Sacramentum ministretur occasione Visitationis locorum Dioecesis.

2 Insuper aetatem Confirmati describendam esse dicit, ut notum sit, qua aetate tale Sacramentum suscepit, et an fuerit compos mentis, ut memoriae retineat collationem ejusdem.

3 Addit etiam circa Episcopum, quod fuerit Pontificaliter induitus, ut solemnitas appareat, quae celebratum fuit hoc Sacramentum, de quo vide Pontificale Romanum.

§. III. Marium descriptio in una pagina, seu prima facie salii; Foeminarum vaero in altera sejunctim notetur.

4 Clarius explicat Monacell. *dic. l.* quae praescribuntur in hoc Paragrapho; nam dicit; *Describantur mares separatim a Foeminis, in eodem Libro ordine alphabeticō, exprimendo aetatem, et qualitatem Adulторum, praeſertim si sint conjugati.*

§. III. Si confirmatus non constet an ex legitimo Matrimonio genitus sit, vel Parentes ignorentur servetur quod in Libro Baptizatorum praescriptum est.

5 Sufficit, ut qui Confirmatos in libro describit, si ejus Parentes incerti sint, scribat haec verba: *N. cuius Parentes ignorantur.* Non debet enim Parochus decernere, seu judicare, an ille sit Spurius, an Legitimus: quod si faceret, damnum, et quidem maximum, inferret Confirmato, qui (hoc non obstante) legitimate posset esse procreatus: incertitudo enim Parentum non est sufficiens ratio, ut quis dicatur illegitimus, ex communi Doctorum sententia; et eo magis infamiae occasio daretur, quia Adultus si sit mentis, et rationis compos, deducus suum concepire potest, quod non evenit in scribendis Infantibus baptizatis, quia in illa aetate nihil de se ipso Infans cognoscit, nec erubescere valet eo pacto, quo maximum pudorem conceipere posset in adulta aetate, si in conspectu ejusdem pronunciaretur sententia de ejus illegitimitate.

## FORMA

# SCRIBENDI CONJUGATOS

IN TERTIO LIBRO.

## TITULUS VIGESIMUS.

### SUMMARIUM.

- 1 Formula amplianda est, et registranda juxta casus occurrentes.
- 2 Quaenam sint necessaria, ut scribantur?
- 3 Conditiones omnes scribendae.
- 4 Variatio Formulae quando occurrat?
- 5 Fides denunciationum fieri debent in scriptis, non verbaliter.
- 6 Respiciendum est in hoc, tempus futurum.
- 7 Facultas pro exteris danda est ab Ordinariis.
- 8 Dilatio publicationum debet esse in scriptis.
- Conjugati post dilationem publicationum monendi sunt de non detectis impedimentis.
- Denunciations per quas causas omitti possint?
- Facultas conjungendi in scriptis esse debet.
- Ad quid inserviat adnotatio dispensationis?
- Denunciationes factae in diversi Parochiis adnotari debent.
- Negligentia Parochorum in scriberis conjugatis damnanda.
- Parochi negligentes puniendi sunt.
- Expositio de chartulis deperditis non valet.
- Parochi caute se gerant in faciendis attestationibus.

Tertius Liber habendus a Parocho ille est, in quo describendi sunt conjugati suae Parochiae, toties quoties Sacramenter contrahunt, seu in primo, seu in secundo, seu in quocumque alio Voto. Formula autem est hujusmodi.

§. I. Anno.....Die.....Mensis..... Denunciationibus praemissis tribus continuis Diebus festivis, quarum prima, die.....secunda, die.....tertia, die.....inter Missae Paro-

chialis solemnia, habita est, nulloque legitimo impedimento detecto: Ego *N.* Rector hujus Ecclesiae Parochialis *N.* Civitatis, *vel loci N.* *N.* Filium *N.* Parochiae *S. N.* et *N.* Filiam *N.* (seu relictam q. *N.*) (*si Vidua fuerit*) hujus, seu Parochiae *N.* in Ecclesia *N.* interrogavi, eorumque mutuo consensu habitu solemniter per verba de praesenti, Matrimonio conjunxi; praesentibus Testibus notis *N.* Filio *N.* qui habitat in Parochia *S. N.* et *N.* Filio *N.* etc. et *N.* Filio *N.* etc. Postea eis ex ritu S. Matris Ecclesiae (*si tam Nuptias benedixerit*). in Missae celebratione benedixi.

Plura ad hanc formulam pertinentia jam dicta remanent in Tit. de Sacr. Mart. quonobrem in hoc loco unice addenda erunt, quae ad materialem hujus formulae descriptionem inseruent, cum alia jam dicta sint in Titulo generali Librorum a Parochis habendorum nuper exposito.

1 2 3 Haec formula per alleg. a Monacell. d. l. form. 8. n. 6. potest, imo debet ampliari, et restringi, aut variari a Parrocho juxta Matrimonii circumstantias: neque si denunciations fuerint omissae ex dispensatione Episcopi, vel si alius Sacerdos de licentia ipsius Parochi, Episcopi, aut Vicarii Generalis Matrimonium celebravit. Tunc enim Parochus scribit particularum, et Sacerdos illam subscrabit. Insuper quando Conjuges fuerint a S. Sede Apostolica dispensati super impedimento publico; Et vigore licentiae Ordinarii Matrimonium fuit celebratum. Ulterius quando de licentia Episcopi Matrimonium celebratur domi. Demum quando celebratur in alia Ecclesia quam Parochiali.

4 Istae omnes circumstantiae important variationem formulae describendae in libro Matrimoniorum, unde ipsum Rituale non in una formula se sistit, sed quatuor diversas exhibet, adhibendas prout occasio se offert.

§. II. Si unus ex iis, qui Matrimonium contrahere voluerint, alterius Parochiae fuerit, antequam admittatur, Parochus, in cuius Ecclesia Matrimonium celebrari debet, denunciations in ejus Parochia rite factarum fidem scriptam habeat, quae asservetur, et res tota exprimatur in ipsomet libro Matrimoniorum, hac ratione.

Denunciations hujus Matrimonii factae sunt etiam a R.

D. *N.* Parochio Ecclesiae *S. N.* sub cujus cura dictus *N.* vel dicta *N.* habitat, ut ex ipsis Parochi scripto servato apud me appareat. Denunciatio autem prima facta est die ..... secunda, die ..... tertia, die ..... inter Missae parochialis solemnia, nullumque impedimentum Canonicum detectum est.

5 6 Fides denunciationum factarum in altera Parochia fieri debent in scriptis in forma probante, nec sufficit, si ipse Parochus orenatus diceret, se illas fecisse etiam medio juramento; quia cum ad perpetuam memoriam remanere debeat apud Parochum proprium haec attestatio; esset aerea, et nullius momenti illa, quae verbaliter fieret: non debet enim in hoc casu respici tantummodo tempus praesens, scilicet validitas Matrimonii (pro quo attestations de denunciationibus factis in altera Parochia essent validae) sed tempus futurum est respi ciendum, hoc est lites, et iurgia, quae tractu temporis insurge re possunt: si enim in fide Matrimonii deesset ista attestatio in scriptis de factis denunciationibus in alia Parochia, Matrimonium posset infirmari, prout infirmatum fuit in casu a Barbosa allegato de Ep. p. 2. allegat. 32. n. 183.

§. III. Si autem alteruter sit diversae Dioecesis, testimoniun Parochi affirmantis, denunciations esse rite praestitas, nullius roboris censeatur, nisi ab Episcopo, vel ab ejus Vicario Generali illius Dioecesis subscriptione, et sigillo comprobatum, et ab Episcopo; seu ejus Vicario loci, ubi contrahitur Matrimonium, recognitum sit, ab eodem licentia contrahendi fuerit obtenta.

7 Regula generalis, et tutior tenenda in hoc casu a Parochio, nec umquam praetermittenda erit in Matrimonio Personarum diversae Dioecesis mandatum, et facultatem authenticam, et in scriptis ab Ordinario obtinere: hac norma tutos procedet. Si ei vero secus facere audebit, magno se periculo exponet, atque erit reprehendendus, et juxta diversitatem circumstantiarum, puniendus.

§. IV. Ubi vero Ordinarii concessu (quod scripto cons. Com. t. III.—P. 22.

tare debet) denunciationes aliquae differenda, aut omittendae interdum sint, ita notetur:

Anno Domini..... die..... mensis denunciationum una die festo..... rite facta, reliquis vero dilatis post Matrimonii celebrationem ex facultate scripto concessa a Reverendiss. N. seu. a Vicario N. sub die..... dat., etc. infrascripti tenoris, quam penes me servo, cum aliis hujusmodi facultatibus, nulloque prorsus impedimento allato. Ego, etc. ut supra.

8 Notandum, quod si Episcopus, vel Vicarius dilationem publicationum concederet ore tenus, et sine scriptis Matrimonium utique esset licitum, sed Parochus non recte se gereret circa suam obligationem, quia Rubrica praecipit rigorose, ut istae dispensationes, seu dilationes habeantur in scriptis.

§. V. Denunciationes vero, quae post contractum Matrimonium fient, ita scrivantur:

Anno..... die..... mensis..... qui fuit Festus, etc. et sequenti, qui fuit Dominicus, etc. ejusdem mensis. Ego N. Rector hujus Ecclesiae S. N. inter Missarum solemnia denunciationes habui Matrimonii, jam praevia opportuna dispensatione initi inter N. et N. die prima hujus mensis, nullum tamen Canonicum impedimentum ab aliquo allatum est, quominus hujusmodi Matrimonium ratum, ac firmum esse debeat.

9 De causis, propter quas differri possunt denunciationes, jam diximus in Explicatione Sacramenti Matrimonii: hic tantummodo dicendum est, post factas denunciationes dilatas monendos esse a Parocco Conjugatos, nullum detectum fuisse impedimentum (si ita res se habeat) ut simul cohabitare possint licite.

§. VI. Si autem denunciationes omnes omittendae sint, aut differenda; ita scribatur:

Denunciationibus omnibus omissis, vel dilatis, etc. ex facultate, etc. Ego Rector, N. etc. ut supra.

10 Denunciationes omnes possunt omitti, et possunt differri justis de causis, sed semper tum omissio, tum dilatio ab Ordinario concedi debat; nec parochus propria authoritate in his se ingerere potest: ideo scribendo in libro Matrimoniorum hanc partitam, semper adesse debet: *ex facultate, etc.* quae in Archivo servari debet.

§. VII. Caeterum si alteri Presbytero ab Ordinario, vel a Parocho ipso facultas facta sit conjungendi aliquos, id in libro proprii Parochi sic adnotetur, ipsius Parochi manu.

N. Presbyter, vel Capellanus Ecclesiae N. de licentia Reverendiss. Episcopi N. seu ejus Vicarii N. aut mea, quae penes me extat, N. Filium N. et N. etc. in Matrimonium conjunxi, etc. ut supra. Et ego N. subscripsi, et testor, rem ita se habere.

11 Per illam particulam, *quae penes me extat*, demonstratur, hanc quoque licentiam concedi debere in scriptis, et non aliter ad perpetuam rei memoriam, ut magis in forma probanti appareat validitas Matrimonii.

§. VIII. Quod si ex denunciationibus compertum sit, Conjuges aliquo consanguinitatis, seu affinitatis gradu conjunctos esse, nihilominus ad contraendum fuerit cum ipsis Apostolica authoritate dispensatum, adnotetur gradus consanguinitatis, vel affinitatis dispensatae, et compendium decreti super ea relati, cum die, et anno, ac Notarii de illo rogati nomine, hoc modo.

Anno Domini..... die..... mensis..... praemissis denunciationibus, ac comperto impedimento secundi, vel tertii, aut quarti gradus consanguinitatis, vel affinitatis, seu alio quovis etc. inter N. et N. obtentoque per eos Apostolicae Sedis mandato de dispensando; et cum eis per Reverendissimum Episcopum N. authoritate dispensato sub die..... Anno..... ut constat ex actis Notarii Officii praedicti Episcopi, eos Matrimonio conjunxi, ut in praedicta formula, etc.

12 Adnotatio dispensationis distincta inservit ad demotrandam affinitatem, vel consanguinitatem, super qua dispensatum fuit. Circa vero hoc, debet Parochus omnino ea adimplere, quae in mandato Episcopi habet, nec in uno apice aliquid praeterire, et singula scripto ordinata diligenter custodire, atque servare, Monacell. *d. l. n. 8.*

§. IX. Denunciations autem factae in diversis Parochiis, Sponsi videlicet, et Sponsae, ab utroque Parocho, in libro notari debent, etiamsi Matrimonium non sequatur.

13 14 15 Quamvis Matrimonium non habeat effectum suum, nihilominus Parochus parcere non debet calamo in adnotandis singulis, quae circa Matrimonia eveniunt, eo quia multum prodesse possunt suis loco, et tempore, Negligentia enim Parochorum illorum est damnanda, qui in pagellis voluntibus notant celebrationes Matrimoniorum, et aliarum rerum, quae ex praescripto Concilii, et Ritualis notanda sunt in Libris ad hoc paratis, animo transcribendi illas in Libro praescripto: evenit enim facile, ut chartulae deperdantur, et pereant, vel Parochus obliviscatur transcribere, vel moriatur, vel a cura discedat, vel aliud accidat, propter quod illa particulares schedula ad nihil valeat, et tanquam scartafacium judicetur. In hoc casu, si denuncietur Episcopo, vel in Visitatione, vel extra, haec negligentia Parochi, puniendus est gravi multa, quia praeter peccatum mortale comissum in re gravis momentis ob spretum Decret. Concilii, Rot. decis. 233. num. 11 part. 10. decis. 445. p. 13. et. dec. 44. num 29. part. 19. recent. et cor. Dunozet. Jun. decis. 896. num. 3. infert grave damnum tertio, et teneatur ad damna, et interesse, quae paroecianis ex tali negligentia, et respective omissione, obvenirent, prout declarat Berton. de Negl. p. 2. art. 32. no. 88. atque ideo Parochiani habent actionem contra Parochum ex quasi contractu, qui dum accepit officium cum honoribus, et oneribus, quasi sit mercede conductus tenetur, unde in utriusque commodum suscepit officium; ac propterea tenetur non solum de lata, sed etiam de levi culpa, Azor. p. 3. lib. 4. cap. 6. q. 2. Filiucc. l. 23. cap. 3. num. 71. Sicut Tutor, qui ex negligentia damnificavit pupillam, tenetur ad interesse, l. nisi eam, l. si tutoris, cap. de administr. tutor.

16 Neque relavet per allegat, á Berton. *d. l. n. 90.* excusatio de chartulis deperditis: tum quia tenebatur de scribere in libro ad id parato, ut ex Cone. *Trid. l. c.* tum quia non apparet impedimentum aliquod, per quod excusabiliter posset uti

remedio chartularum: tum demum quia tenebatur etiam omni adhibita diligentia, et sollicitudine reportare ad librum notata in schedulis: vel ad summum excusatio potuisse habere locum in una, vel altera partita post breve tempus a celebrato Matrimonio, puta, de mane in sero descrivendo: vel si tale accidentis contigisset, puta, si gravi morbo paulo post celebratum Matrimonium corriperetur, ut revera, ex potentia, non ex negligentia contigisset omissio.

17 Denique afferam quae refert Barbosa de *Ep. 2. alleg.* 32. *n. 178.* Videant Parechi, quomodo fidem de his libris facere debeant; nam in Curia Archiepiscopal Neapolitana, quemdam Parochum, qui fidem facerat de solemnizatione Matrimonii inter quasdam Personas, referendo se ad librum Matrimonii, cum postea, perquisito hoc libro, non reperiretur solemnizatio, judicatum fuit, crimen falsi incurrisse, quia vero cum torqueretur, nihil confessus fuit, sed graviora contra ipsum indicia extabant, suspensus a cura per quinquennium, diffinitiva sententia condemnatus fuit, ut refert Aloys. Ricc. *Prax. for. Eccl. dec. 729. in 1. edit. et resol. 607. in secunda.*

4 Ista descriptio, ut diligentius, et perfectius compleatur fieri debet a propria Persona Parochi, qui personaliter se conferens ad quascumque domos, et habitationes in sua Parochia sitas, ibi quoscumque incolas visitet, et recognoscat a primo usque ad ultimum, nemine excepto, eosque in Libro suo describat.

§. I. Familia quaeque distinete in libro notetur, inter-  
vallo relicto ab unaquaque ad alteram subsequentem, in  
quo singillatim scribantur Nomen, Cognomen, aetas sin-  
gulorum, qui ex familia sunt, vel tamquam advenae in ea  
vivunt.

5 Liber igitur more aliorum confectus esse debet: mo-  
dus vero describendi Personas praescribitur, ut sit *cum inter-  
vallo* ab una ad aliam Familiam: ratio hujus intervalli est, ut  
si in domo descripta aliquis infra annum vel crescat, vel im-  
minuatur, possit illum commode, et sine transpositione adnota-  
re.

6 De Familia dicuntur non tantum qui e stipite eodem  
proveniunt, vel illi adhaerent ratione conjugii, sed etiam Ser-  
vi, et totus famulus, qui expensis Domini vivat, et ibi conti-  
nuo habitat, *l. 395. ff. de ver. signif.* ibi Alciat *et in l. detest.*  
*11, §. Familias.*

§. II. Qui vero ad Sacram Communionem admissi sunt  
hoc signum habeat, C.

§. III. Qui vero Sacramento Confirmationis sunt muni-  
ti, hoc signum habeant Chr.

7 Juxta aetatem habitantium in Domibus, haec duo Sacra-  
menta adnotanda sunt suis signis. Qui vero utroque Sacra-  
mento gaudent, signantur, ut communiter fit, cum duplice C.  
C. quibus significatur tum Communio, tum Chrisma.

8 Qui vero nondum ad unum, vel ad aliud Sacramentum  
admissi sunt, ut sunt Infantes, et lactentes, aliquo signo notari  
solent, nempe Cruce ✕, ubi nota, quod Mulier praegnans pro  
unica Persona est notanda, licet vere duae Personae sint, sed  
cum illa, quae in Utero clausa est, adhuc inter vivos non cen-  
seatur, notanda non est, Tiraquell. *de leg. con. lib. 9. n. 16.*

FORMA  
DESCRIBENDI STATUM ANIMARUM  
ALERE FLAMMAM  
VERITATIS IN QUARTO LIBRO.

TITULUS VIGESIMUS PRIMUS.

SUMMARIUM.

- 1 Parochus debet cognoscere Oves suas.
- 2 Quadragesima est tempus descriptionis.
- 3 Libri hujus copia praesentanda in Cancellaria Episcopali.
- 4 Parochus personaliter debet descriptionem facere.
- 5 Descriptio fiat cum intervallo ab una ad aliam Familiam.
- 6 Quinam dici debeant de Familia?
- 7 Communicati, et confirmati quomodo notandi?
- 8 Non apti ad Communionem quomodo describendi?
- 9 Mulier praegnans pro unica persona est notanda.
- 10 Qui ad aliam Porochiam divertunt, non sunt subdit.
- 11 Quid faciendum ad evitandas fraudes?
- 12 Ordo Personarum tenendus in hac descriptione.
- 13 Formula variari potest secundum consuetudinem locorum.
- 14 Descriptio aetatis non semper verificatur.
- 15 Liber iste testimonium dat de superviventia, non de aetate.

1 Cum animarum Praefectus debeat, monente Concil. Trid Sess. 22. *de Ref. cap. 1.* Oves suas agnoscere non solum in genere quoad earum numerum, sed in specie Familias, et in individuo Personas quaslibet, earumque aetatem, et qualitates, Barbos. *de Paroch. p. 1. cap. 7. num. 1.* propterea tenetur, quolibet Anno, et statu tempore (quod esse solet Quadragesimalis, ut mos est in Dioecesi Ferrarensi) statum Animarum confidere in libro ad id unice destinato; illoque confecto, ante pascha Resurrectionis, exhibere debet copiam ejusdem in Cancellaria Episcopali post dies quindecim ab ejusdem Paschatis solemnitate, ex Ursaya disc. *Eccles. t. 2. p. 1. d. n. 123.* qui ait per hujusmodi descriptionem probari Parochialitatem.

§. IV. Qui ad alium locum habitandum accesserint, eorum nomina subducta linea notentur.

10 11 Illi, qui ad aliam Parochiam incelendam se conserunt, non amplius subditi appellari possunt primi Parochi, quamvis Filii, vel Fratres, vel affines, vel consanguinei sint illorum, qui illam Domum incolunt, sed fiunt subditi Parochi ad cuius parochiam se contulerunt, ideoque nullam video rationem, propter quam isti notari debeant, et subducta linea signari: nisi sit, eo quia possunt quandcumque velint, ad Dominum propriam redire: Quapropter ad evitandas fraudes circa personas, quae cum nolint certum habere locum, nulli quoque Parocco subjacere desiderant, hoc factum est, ut quamvis talis Persona in Domo, puta paterna non habitet, sed ad alium locum habitandum accesserit, attamen adnotetur, et ita a descriptione sui non effugiat.

§. V.

*Hac igitur ratione fiat, videlicet  
Anno..... die..... mensis..... in via, seu platea, seu pago  
in propriis aedibus Pauli N. vel in aedibus N. a Paulo  
conductis habitant*

Chr. Paulus N. Petri filius, Annorum.....  
Chr. Appollonia ejus Uxor filia Jacobi N. Annorum.....  
C. Dominicus eorum filius Annorum.....  
Lucia eorum filia, Annorum.....  
C. Chr. Antonius filius N. Famulus, Annorum.....  
C. Catharina N. filia N. Ancilla, Annorum.....  
† Martinus filius N. Annorum.....

12 Circa quae breviter dicam, primum adnotatum semper debere esse Patrem Familias, si adsit, vel Matrem Viduam, seu illum, qui primum Personam gerit. Ultimos vero debere esse famulos.

Insuper debere fieri hanc descriptionem lingua vernacula ut ita ab omnibus intelligatur.

13 Denique, Formulam posse variari secundum consuetudinem locorum: non enim possibile est regulam instituere, quae in nullo casu deficiat, S. Thom 2, 2. *quaest. 120. art. 1.* Hoc tamen studere debet Parochus, ut stilum Antecessorum suorum sequatur, quando laudabiliter sequi possit, nec sin de-

formis, ac contra praeceptum Rubricae, aut non evertat omnino Formulam a Rituali praescriptam.

14 15 Porro sciendum est, descriptionem aetatis non semper veritati inniti: Senes enim ut plurimum dantur, qui gravem aetatem occultare student; et alii, praecipue in locis Foraneis, et rusticis, qui aetatis suae annos penitus ignorant. In hoc casu per verbum *circiter*, vel simile haec adnotatio sanari potest, facta prius inspectione oculari ad aspectum, et speciem vultus, qui etsi non semper infallibile testimonium sit, (cum quandoque dentur qui in juvenili aspectu aetatem custodiunt senilem, et qui in senili vultu juveniles annos tegunt, unde Juvenal. Sat. 2. inquit: *Fronti nulla fides*) attamen caeteris paribus, de raro fit, ut veritas in vultu, in incessu, inque aliis indiciis aetatem concomitantibus non elucescat. Quidquid vero sit, Liber iste praescribitur, ut testimonium preebeat de existentia, non autem de etate Personarum, quae illo describuntur, unde in judicio pro aetate probanda deferri non solet.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
SECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vel N: Confessario probato confessus die.... Sanctissimo-  
que Viatico refectus die... et Sacri Olei unctione roboratus  
etiam per me die...

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO  
**FORMA**  
**DESCRIBENDI DEFUNCTOS**

VERITATIS

IN QUINTO LIBRO.

**TITULUS VIGESIMUS SECUNDUS.**

ET ULTIMUS.

SUMMARIUM.

- 1 Descriptio Sacramentorum ministratorum Defuncto est facienda.
- 2 Clausula de Sepultura et loco debet apponi.
- 3 Descriptio funeris debet diligentissime scribi.
- 4 Filii Familias adnotari debent maxima cura.
- 5 Mortis diversitas apponeunda.
- 6 Monita ad Parochos pro ista descriptione.
- 7 Attestationes possunt fieri vernacula lingua.
- 8 Si nonnulla omittantur possunt lites gigni.
- 9 Attestationes propria manu Parochi firmandas.
- 10 An sigillo muniri debeant?
- 11 Sigillum non est de substantia actus.

De Libro defunctorum a Parochis habendo, jam supra in generali Titulo sermonem habuimus; modo nonnulla dicenda remanent, quae praxim, et usum hujusmet libri edoceant.

§. I. Describatur quis, et quae, et cui Sacra m*inistraverit*, quando quis mortuus fuerit, et ubi sepultus: quod hoc pacto fieri poterit.

Anno..... die..... mensis..... N. filius, vel filia N. ex loco N. aetatis..... (*si haec sciri possunt*) in domo N. in communione Sanctae Matris Ecclesiae Animam Deo reddidit: cuius corpus, die... sepultum est in Ecclesia S. N. mihi N.

1 Itaque descriptio Sacramentorum ministratorum illi, qui defunctus est, fieri debet, ut pateat ratio, propter quam Ecclesiasticae sepulturae traditus sit. Si enim fuisset publicus peccator, vel excommunicatus, vel aliis de causis ab Ecclesia segregandus, hoc privilegio gavisus non fuisset.

2 Clausula de sepultura, et ejus loco, debet necessario apponi: sunt enim Doctores, qui opinantur, quod fides Parochi non prebet mortem, nisi dicat, defunctum faisse sepulturae traditum, Capyc. Latr. dec. 14. num. 22. et alii, quos refert Monacell. d. l. for. 9. n. 1.

3 4 Descriptio insuper satis diligens est facienda de aetate, maxime in filiis familias, quia de jure prius praesumitur mortuus Pater, quam Filius, Medic. de Reg. Jur. p. 2. ampl. 59. 75. et mortuus quis non praesumitur in pupillari aetate; sed qui hoc dicit, probare debet, Bald. cons. 451. et 445 l. 4. Natt. Cons. 395. post. n. 7. Quare si descriptio mortis non reperiatur in libro adnotata cum omnibus suis particularibus, damnum notabile interesse habentibus Parochus afferet, quamquam aliunde mors probari posset.

5 Cum vero diversimode quis mori possit, vel naturali, vel improvisa, vel violenta morte, singula quaeque ad hoc se referentia adnotari debent in supradicta formula, nisi Parochus patientiam habere velit transcribendi varias formulas assignatas a Monacell. d. l. for. 10. 11. 12. 13. juxta diversos morienti modos: sed cum per unicam formulam mutatis mutandis, additis addendis, demptis demendis, ampliatisque ampliandis, totum id quod necessario exprimendum est, exprimere possit: a Formula per Rituale Romanum assignata recedere, minime laudabile censeo; eo magis quia mori ferro, veneno, ligno, etc. inter se, quoad substantiam mortis, non differre demonstrat Sanch. de Matrim. lib. 4. disput. 5. n. 35.

6 7 8 Caeterum, quocumque modo mors sequatur, notabilia sunt monita per Monacell. d. l. for. 13. n. 1. nempe quod Parochus cautus esse debet, ut exprimat clare, et distincte, etiam lingua vernacula, si opus est (praesertim in Pagis obscuris, ubi Incolae sunt rudes, et talis qualis notitia linguae latinae pro magna litteratura habetur) aetatem defuncti, locum, et diem obitus, Ecclesiam tumulationis, et qualitatem Personae: idest si Infans, si Adultus, si Senex. Item si obiit in Parochia, vel extra, si in Civitate, vel Ruri, qua morte, violenta, an naturali, an subitanea. Si filius familias, si Vir Uxone,

ratus, an Clericus, an in Ecclesiastica dignitate constitutus, an in magistratu Laicali, vel in gradu apud Rempublicam eminenti, an titulatus, an Laicus: et circa Mulieres, an Uxor, et cuius, an Vidua, an Virgo; quia hujusmodi circumstantiae relevant identitatem Personae, et certitudinem mortis; litium occasionem tollunt; et si emittatur, semina sunt rixarum, et contentionum perniciosissimarum.

9 10 11 Pro corollario denum addam, debere Parochum omnes attestations, et fides a quocumque istorum librorum desumptas, propria manu firmare, et sigillo Parochiali munire, atque corroborare, ut ita inviolabilem fidem praestent, nec circa illas ratio sit dubitandi, cum sigillum faciat rem indubiam, et veram, Bald. in *l. bonae fidei, col. 3. c. de reb. cred. Innoc. in cap. 2. de fid. instr. Pignatell. T. 5. cons. 59. n. 11.* quamvis non sit de substantia actus, Rota dec. 708. num. 9. et 10. coram Dunoz. jun. Vide plura de sigillo apud Anaclet, *T. 2. Decr, tit. 22. §. 3.*

Atque hoc pacto *Commentaria haec ad Rituale Romanum,* quae ab Hominis nativitate, seu a Baptismali regeneratione exordium habuere, ad mortem usque, et ad sepulturam Hominis perducta, finem suum habeant, nec ultra procedant; ubi mors est ultima linea rerum.

Quaecumque in his Commentariis ad Rituale Romanum scripsi, et exposui: ea cuneta Sanctae Apostolicae et Catholicae Romanae Ecclesiae, et pro ea, Sacrae Rituum Congregationi de Urbe, et piorum Theologorum censurae subjicio. Item si quid mihi ignaro elapsum, quod Ecclesiae minus placeat, seu ab ea non probetur, improbo, damno, et pro non scripto haberi penitus volo. EGO HIERONYMUS BARUFFALDUS, Ph. et I. V. D. Pro notarius Apost. in Ecclesia Cathedrali Beneficiatus, in Publico Ferrariae Gymnasio Professor, et S. Inquisitionis Consultor.

## APPENDIX.

### BENEDICTIO VIAE FERREAE.

- V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.  
R. Qui fecit coelum et terram.  
V. Domine, exaudi orationem meam.  
R. Et clamor meus ad te veniat.  
V. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui omnia elementa ad tuam gloriam utilitatemque hominum condidisti, dignare, quaesumus, hanc viam ferream ejusque instrumenta bene ✕ dicere, et benigna semper tua providentia tueri; et dum famuli tui velociter properant in via, in lege tua ambulantes, et viam mandatorum tuorum currentes, ad coelestem patriam feliciter pervenire valeant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Propitiare, Domine Deus, supplicationibus nostris, et bene ✕ dic currus istos dextera tua sancta, adjunge ad ipsos sanctos Angelos tuos, ut omnes qui in eis vehentur, liberent et custodiant semper a periculis universis; et quemodmodum viro aethiopi super currum suum sedenti, et sacra eloquia legenti per Apostolum tuum fidem et gratiam contulisti; ita famulis tuis viam salutis ostende, qui tua gratia adjuti, bonisque operibus jugiter intenti, post omne viae et vitae hujus varietates, aeter-

ratus, an Clericus, an in Ecclesiastica dignitate constitutus, an in magistratu Laicali, vel in gradu apud Rempublicam eminenti, an titulatus, an Laicus: et circa Mulieres, an Uxor, et cuius, an Vidua, an Virgo; quia hujusmodi circumstantiae relevant identitatem Personae, et certitudinem mortis; litium occasionem tollunt; et si emittatur, semina sunt rixarum, et contentionum perniciosissimarum.

9 10 11 Pro corollario denum addam, debere Parochum omnes attestations, et fides a quocumque istorum librorum desumptas, propria manu firmare, et sigillo Parochiali munire, atque corroborare, ut ita inviolabilem fidem praestent, nec circa illas ratio sit dubitandi, cum sigillum faciat rem indubiam, et veram, Bald. in *l. bonae fidei, col. 3. c. de reb. cred. Innoc. in cap. 2. de fid. instr. Pignatell. T. 5. cons. 59. n. 11.* quamvis non sit de substantia actus, Rota dec. 708. num. 9. et 10. coram Dunoz. jun. Vide plura de sigillo apud Anaclet, *T. 2. Decr, tit. 22. §. 3.*

Atque hoc pacto *Commentaria haec ad Rituale Romanum,* quae ab Hominis nativitate, seu a Baptismali regeneratione exordium habuere, ad mortem usque, et ad sepulturam Hominis perducta, finem suum habeant, nec ultra procedant; ubi mors est ultima linea rerum.

Quaecumque in his Commentariis ad Rituale Romanum scripsi, et exposui: ea cuneta Sanctae Apostolicae et Catholicae Romanae Ecclesiae, et pro ea, Sacrae Rituum Congregationi de Urbe, et piorum Theologorum censurae subjicio. Item si quid mihi ignaro elapsum, quod Ecclesiae minus placeat, seu ab ea non probetur, improbo, damno, et pro non scripto haberi penitus volo. EGO HIERONYMUS BARUFFALDUS, Ph. et I. V. D. Pro notarius Apost. in Ecclesia Cathedrali Beneficiatus, in Publico Ferrariae Gymnasio Professor, et S. Inquisitionis Consultor.

## APPENDIX.

### BENEDICTIO VIAE FERREAE.

- V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.  
R. Qui fecit coelum et terram.  
V. Domine, exaudi orationem meam.  
R. Et clamor meus ad te veniat.  
V. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui omnia elementa ad tuam gloriam utilitatemque hominum condidisti, dignare, quaesumus, hanc viam ferream ejusque instrumenta bene ✕ dicere, et benigna semper tua providentia tueri; et dum famuli tui velociter properant in via, in lege tua ambulantes, et viam mandatorum tuorum currentes, ad coelestem patriam feliciter pervenire valeant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Propitiare, Domine Deus, supplicationibus nostris, et bene ✕ dic currus istos dextera tua sancta, adjunge ad ipsos sanctos Angelos tuos, ut omnes qui in eis vehentur, liberent et custodiant semper a periculis universis; et quemodmodum viro aethiopi super currum suum sedenti, et sacra eloquia legenti per Apostolum tuum fidem et gratiam contulisti; ita famulis tuis viam salutis ostende, qui tua gratia adjuti, bonisque operibus jugiter intenti, post omne viae et vitae hujus varietates, aeter-

na gaudia consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergat omnia aqua benedicta.

**BENEDICTIO TELEGRAPHI.**

*Formula Benedictionis Telegraphi (1). Clerus vel a proximi-  
mori Ecclesia vel ab aliquo alio loco ad hoc parato, procedat  
usque ad Stationem Telegraphi canendo vel recitando canticum:  
Benedictus Dominus Deus Israel, ubi Episcopus vel Sacerdos  
in aliqua Ecclesiastica Dignitate constitutus intonabit Antiphonam sequentem:*

*Ant. Benedictus est, Domine, qui ponis nubeum ascensum  
tuum, qui ambulas super pennas ventorum, qui facis Angelos  
tuos spiritus, et ministros tuos ignum urentem.*

*Post eam Psal. 103. Benedic, anima mea, Domino, ut in  
Sabbato ad Mutuinium. ac repetita Antiphona, incipiet in  
hunc modum Benedictionem:*

- V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.  
R. Qui fecit coelum et terram.  
V. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Concede nos famulos tuos quaesumus, Domine Deus, perpe-  
tua mentis et corporis sanitatis gaudere, et gloriae Beatae Ma-  
riae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristi-  
tia et aeterna perfrui laetitia. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

Deus qui ambulas super penas ventorum, et facis mirabilia  
solus; concede, ut cum per vim huic metallo inditam fulmineo  
ictu celerius huc absentia, et hinc alio praesentia transmittis,  
ita nos inventis novis edocti, tua gratia opifullante, promptius  
et facilius ad te venire valeamus. Per Christum Dominum  
nostrum. R. Amen.

Deinde aspergit telegraphum aqua benedicta.

(1) S. R. C. 6 Julii 1865

**FORMULA BENEDICENDI PUEROS SOLEMNITER.**

- V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.  
R. Qui fecit coelum et terram.  
V. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Quaesumus omnipotens Deus, pueris istis pro quibus tuam  
deprecamur clementiam, bene ~~X~~dicere dignare et per virtu-  
tem Sancti Spiritus corda eorum corroborare, vitam sanctifica,  
castimoniam promove, sensus eorum bonis operibus unice in-  
tentos custodi, prospera tribue, pacem concede, salutem confer,  
charitatem largire, et ab omnibus diabolicis atque humanis  
insidiis tua protectione et virtute semper defende, ut, Te misere-  
rante, Paradisi requiem tandem assequantur. Per Dominum  
nostrum Iesum Christum Filium tuum. R. Amen.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui parvulos Tibi oblatos; et ad te ve-  
nientes complectebaris (*hic ponat manus super capita puerorum*, manusque super illos imponens, eis benedicebas dicens:  
“Sinite parvulos venire ad me, et nolite prohibere eos; talium  
“est enim regnum Coelorum, et Angeli eorum semper vident  
“faciem Patris mei;” respice, quaesumus; ad puerorum et pue-  
llarum praesentium devotionem, et benedictio tua copiosa su-  
per eos descendat, ut in tua gratia et charitate proficiant, Te  
sapiant, te diligant, Te timeant, mandata tua custodiant et ad  
exoptatum finem perveniant, per Te, Salvator mundi, qui cum  
Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in secula seocu-  
lorum. R. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Pa~~X~~tris et Fi~~X~~lli et Spiritus  
~~X~~Sancti descendat super vos, custodiat atque dirigat vos, et  
maneat semper vobiscum. R. Amen.

Deinde asperguntur aqua benedicta Pio IX. 6 Abr. 1856.

BENEDICTIO AQUAE STI. ALOYSII GONZAGA.

- V. Adjutorium nostrum in Nomine Domini.
- R. Qui fecit coelum et terram.
- V. Sit Nomen Domini benedictum.
- R. Ex hoc nunc et usque in saeculum.
- V. Domine, exaudi orationem meam.
- R. Et clamor meus ad te veniat.
- V. Dominus vobiscum.
- R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Sancte, Pater Omnipotens, aeterne Deus, qui benedictionis tuae gratiam infundendo corporibus, familiam tuam multiplici pietate custodis, ad invocationem nominis, tui benignus assiste intercedente Sancto Aloysio, confesore tuo, ut famulos tuos ab aegritudine liberatos, et sanitatem donatos, dextera tua erigas, virtute confimes, potestate tuearis, atque Ecclesiae Sanctae cum omni prosperitate restituas. Per Dominum nostrum etc.

*Immergitur in aquam numisma, seu reliquia, Sti. Aloysii.*  
Benedic, ☧ Domine, hanc aquam, ut sit remedium generi humani; et per intercessionem Sancti Aloysii praesta; ut quicumque ex illa sumpserint, corporis sanitatem et animae tutelam percipient. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Aña.* Eligi abjectus esse in domo Dei, mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

V. Beatus quem elegisti et asumpsisti.  
R. Inhabitavit in atris tuis.

OREMUS.

Deus, qui Sanctum Aloysium, famulum tuum, in primo adolescentiae flore à saeculi vanitate evocatum, in societate Jesu Filii tui ad summum sanctitatis fastigium perduxisti, largire nobis quaesumus, ut ejus meritis et intercessione, mundi vana espirientes, iisdem quibus ille floruit, virtutibus floreamus. Per eundem Dominum etc. Amen.

BENEDICTIO PAPALIS.

- V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- R. Qui fecit coelum et terram.
- V. Domine exaudi orationem meam.
- R. Et clamor meus ad te veniat.
- V. Dominus vobiscum.
- R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens et misericors Deus, da novis auxilio de Sancto, et vota populi hujus in humilitate cordis veniam peccatorum poscentis tuamque benedictionem praestolantis et gratiam, clementer exaudi: dexteram tuam super eum benignus extende, ac plenitudinem divinae benedictionis effunde: qua bonis omnibus cumulatus, felicitatem et vitam consequatur aeternam. Per Christum. R. Amen.

Deinde ascendit ad latus Epistolae et faciens semel signum crucis cum crucifixo in manu conversus ad populum dicit.

Benedicat vos Omnipotens Deus ☧: Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. R. Amen.

et SSmus. D. N. negotium hoc primum ad Congregationem Regularium, et deinde ad C. R. remiserit, audita relatione de praemissis facta in eadem S. R. C. sub die 30. Septembris presentis anni 1614. ab Ilmo., et Rmo. D. Cardinali Pio, cui haec causa commissa fuerat.

Eadem S. R. C. censuit, et declaravit, circa praecedentiam inter Clerum Saecularem, et Regulariem idem servandum esse in Civitate Mexicana, et toto Regno novae Hispaniae in Indiis quoad generaliter in Universali Ecclesia juxta dispositionem Libri caeremonialis servatur, et quod specialiter etiam ordinatum fuit servandum esse in Regno Castiliae, et Leonis. Et facta relatione de praemissis SS. D. N. in Consistorio Secreto habito in Palatio Apostolico in Monte Quirinali hac die infrascripta, Sanctitas Sua Sententiam Congregationis approbavit, et mandavit expediri Breve Apostolicum Archiepiscopo Mexicano directum super praemisis. Et ita declaravit die 5. Octobris 1614.

#### MEXICANA.

436.

C. S. R., viso supradicto supplici Libello censuit, in Civitate et Diocesi Mexicana servandum esse Caeremoniale, atque Archiepiscopum pro sua prudentia providere debere, ut abusus circa ritus, et Caeremonias Ecclesiasticas introducti, juxta ejusdem Caeremonialis praescriptum corrigantur. Die Sabbati 4. Aprilis 1620.

#### ANGELORUM IN INDIIS.

1926.

Episcopus Civitatis Angelorum in Indiis SSmo supplicavit, Clero Civitatis facultatem tribuere dignaretur recitandi Officium transitus S. Joseph die 20. Julii.

Et S. C. nihil videri concedendum, respondit. *Siquidem irrepit, ut credatur plerisque tali die obiisse S. Joseph Sponsum Bmae Virginis, et proinde celebretur transitus illius, cuius obitum Ecclesia celebrat die 19. Mart. Die autem 20. Jul. non Joseph. Sponsus Bmae Virginis, sed Joseph. Justus, qui missus est in sortem cum Mathia spiritum reddidisse fertur, et quia tum Joseph Sponsus Mariae nominatur Justus in Evangelio, ideo error inde manavit. Die 11. Sept. 1660.*

## DECRETA AUTENTICA ALERE FLAMMAM VERITATIS CONGREGATIONIS SACRORUM RITUUM

ex actis ejusdem Sacr. Congr.  
collecta cura, et studio sacerdotis Aloysii Gardellini ejusdem S. R. C. assessoris,  
et Sub-Promotoris fidei editio altera emendatior.

MEXICANA.

349.

Cum Archiepiscopus, Decanus, et Capitulum Ecclesiae Metropolitanae Mexicanae, quae caput est Status Ecclesiastici novae Hispaniae in Indiis a SS. D. N. petierint, ut ad tollendas differentias praecedentiae inter Clerum Saecularem, et Clerum Regularium in toto illo Indiarum, et novae Hispaniae Regno, servetur id, quod ordinatum fuit servandum esse in Hispaniae Regno Castiliae, et Leonis, nempe, ut in publicis Processionibus Fratres, seu Monachi, et Ordines Regularium, juxta universalem Ecclesiae consuetudinem, et Libri caeremonialis dispositionem, antecedant, et Presbyteri, seu Clerus saecularis subsequantur, et ultimum, ac digniorem locum obtineant nec mixti cum Regularibus incedant, et semper praecedentia in omnibus locis, etiam in propriis ipsorum Regularium Ecclesiis detur Clero saeculari, sicut per Breve Apostolicum fel. Rec. Clementis PP. VIII. ordinatum fuit sub die 20. Februarii 1601. et prout etiam S. R. C. declaravit sub die 30. Augusti 1602. et sub. die 6. Septembris 1603., quae declaratio etiam per aliud Breve Apostolicum ejusdem fel. rec. Clementis PP. VIII. approbata, et confirmata fuit sub die 5. Novembris 1603.

INDIARUM.

2050.

Precibus Monialium SSmae Conceptionis pro approbatione Lltianarum Jesu, quas adhuc canere consueverunt ante Imaginem SSmi Crucifixi ab antiquo tempore in earum Ecclesia asservatam.

S. C. respondit. *Obstare Decreta SSmae Inquisitionis id expresse prohibentia. Die 23. Decembris 1662.*

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS ANGELOPOLITANA.

2390.

Clerus Civitatis Angelopolitanae a S. R. C. infrascripta dubia circa Officium, et Missam enixé supplicavit declarari, videlicet.

Et 1. dubitatur. Dies 2. Augusti apud Hispanos est festum S. Petri ad Vincula, nam dies prima, quae antea erat dictum Festum, nunc est octava S. Jacobi Apostoli concessa ipsis Hispanis, ut refertur a fel. rec. Sixto PP. V., qui et transferri jussit Vinculorum festum ad diem 2. Augusti, quamvis sit Dominica; et hoc non obstante, nec obstante Rubrica posita in die octava S. Jacobi, quae satis aperte indicat, ut videri potest in Proprio Sanctorum Hispanorum in fine Breviarii; multi dictum transferunt usque ad feriam 6. sequentem. Quid ergo erit faciendum in hac 2. die, quando est Dominicæ? est recitandum de ea? an de festo Vinculorum, cum commemoratione, et 9: Lectione Dominicæ?

S. eadem C. respondit: si festum S. Petri ad Vincula, quod ab universalis Ecclesia celebrari solet Calendis Aug., ex auctoritate Apostolica apud Hispanos fixum est diei sequenti 2. scilicet Aug., ex quo dicta dies impeditur ab octava S. Jacobi, sine ulla dubitatione Officium erit de festo, etiamsi dicta 2. dies Aug. esset Dominicæ, cum commemoratione tamen, et 9. Lectione Homiliae ejusdem Dominicæ, ac etiam festi simplicis occurrentis, juxta regulas Rubricarum: sin autem nullum sit privilegium, et festum praedictum non sit fixum auctoritate Apostolica ad dictam diem 2. Aug., eo anno, quo cadit in Dominicæ, Officium Festi erit ultro transferendum ad primam diem non impeditam Officio novem Lectionum, et dandus locus Dominicæ, de qua fieri debet Officium cum commemoratione, et 9. Lectione Festi simplicis ea die occurrentis.

2. dubitatur: Quando dicitur missa in Dominicæ de aliquo Sancto simplici in ea occurrente, eo quod maxima devotio penes populum apud eum habeatur; et similiter aliqua feria Qua-

dragesimæ, est ne dicendum in dicta Missa Sancti simplicis ultimum Evangelium S. Joanis? an Evangelium Dominicæ, aut feriae, quamvis in Officio non sint dicta duo Evangelia?

S. eadem C. respondit. *In diebus Dominicis non possunt dici duae Missæ de festo simplici in ea occurrente, sed de eo fieri tantum commemoratione in Missis Dominicæ. Ratione tamen confluentiae potest in eodem festo simplici cantari Missa solemnis votiva cum Gloria, et Credo, sine tamen Evangelio, et commemoratione Dominicæ, dummodo tamen alia Conventualis de Dominicæ non omittatur, in qua in tali casu nulla debet fieri Commemoratio ejusdem Festi simplicis. Similiter in feriis, quod Missæ de Festo simplici occurrenti non possunt dici nisi votivæ, et tunc privatae, in gratiam festivitatis currentis erunt cum Gloria, et commemoratione Feriae, de qua tamen in fine non est legendum Evangelium, sed Evangelium S. Joannis, quod semper est legendum in Missis votivis; in feriis praedictis ratione concursus poterit etiam cantari de eodem Festo simplici Missa solemnis, quae similiter erit votiva, et in ea ob solemnitatem dici etiam Credo, sine tamen Evangelio, et commemoratione Feriae, de qua erit cantanda alia Missa Conventualis sine commemoratione Festi simplicis. In missis vero de Feria est facienda commemoratione Festi simplicis occurrentis.*

3. dubitatur. Insignioribus Regularium Ecclesiis conceduntur Planetæ ante pectus plicatae a S. R. C. in Adventu, et Quadragesima; potest ne uti dictis Planetis in Ecclesiis Monialium?

S. eadem C. respondit. *Rubrica concedit usum Planetarum complicatarum ante pectus Diaconis, et Subdiaconis ministrantibus in Missa solemni in Cathedralibus, et praecipuis Ecclesiis in diebus jejuniorum cum limitatione, ut ibi: in minoribus vero Ecclesiis Ministris praedictis dat tantum usum Albae cum Manipulo Subdiacono, et cum Stola: et Manipulo Diacono.*

4. dubitatur. In Missa solemni cum cantatur a Choro articulos ille: *Et incarnatus est: usque ad: Homo factus est: inclusive, omnes, qui sunt in Ecclesia (ea valde laudabili consuetudine) genuflectunt. Quid ergo debet facere Sacerdos, qui tunc temporis processit a Sacristia ad celebrandam Missam planam, aut, finita Missa, reddit ad Sacristiam? Debet ne ipse genua flectere in Ecclesia? An redire sine advertentia ad illa verba, de quo nihil in Rubricis?*

S. eadem C. respondit: *Si tantum de Choro, qui stant, tenentur ad genuflectionem, non alii extra Chorum: diebus tamen Nativitatis Domini, et Annunciationis B. M. V. omnes de Choro, etiam Celebrans, et ministri.*

5. dubitatur. Festum SS. Corporis Christi non celebratur in Ecclesiis Monialium, ac etiam in aliis in tota ejusdem octava, sed semper illud transferunt in aliquem diem Dominicum, aut

festivum, ut majori cum solemnitate celebretur. Quomodo ergo erit cantanda haec Missa votiva de Sacramento? An sub rito duplici primae classis sine aliqua commemoratione Dominicæ, et alterius Sancti, si aliquis incidat in talem diem Dominicum? Praeterea in Processione ad versiculum; *Panem de coelo etc.* est addendum. *Alleluja, necne?*

S. eadem C. respondit. *Haec translatio sine privilegio fieri non debet; quando adsit privilegium in diebus illis, quibus a Rubrica permittuntur cantari Missae votivae, ratione concursus juxta titulum 6. de Translatione Festorum post recognitionem Missalis sub Urbano VIII., poterunt cantari duae Missae, una de SS. Sacramento sine commemoratione Dominicæ, aut Sancti occurrentis; et ad vers. Panem de coelo etc. addi Alleluja, et aliae cum reliquis privatis de Dominicæ, aut Festo currenti. In prima dicitur Gloria, et Credo, et nulla fiet commemoratione Dominicæ, aut festi. Si vero translatio caderet in Dominicæ, aut Festo, in quibus Missae votivæ non admittuntur, Missa erit de Festo, aut Dominicæ currenti cum commemoratione de SS. Sacramento.*

6. dubitatur. Quando ob aliquam causam est expositum SS. Sacramentum in Altari, dum cantatur Missa solemnis: postquam mox recedendum est sine processione: an debeat Populus cum eo benedici, necne?

S. eadem C. respondit. *Non debet cantari, nec celebrari Missa in Altari, ubi est expositum SS. Sacramentum, nisi sit pro eo reponendo; et si ex necessitate fieri opus esset, populus est benedicendus more consueto, et non cum SS. Sacramento. Hac die 13. Jun. 1671.*

#### INDIARUM.

2630.

Cum pro parte Provincialis, et Fratrum Discalceatorum S. Francisci Provinciae S. Didaci Novae Hispaniae in Indiis expositum fuerit in S. R. C., quod, licet plura emanaverint Decreta ejusdem S. C. et signanter sub diebus 10.; et 22. Dec. 1629. confirmata per speciales literas Apostolicas in forma Brevis a S. M. Urbano VIII. dat. 9. Jan. 1630. ad favorem Discalceatorum S. Francisci S. Joannis Baptistae Hispaniarum, et successive per alias datas 13. Maii 1641. ad favorem Discalceatorum Provinciae S. Didaci in Hispaniis declarantia, et sancientia, etiam cum clausula sublata, et decreto irritante, praecedentiam in concursu cum aliis Regularibus in processionibus, et aliis actibus publicis semper competere dictis, Discalceatis S. Francisci, sive soli de per se, et sub propria Cruce, sive cum Cruce, et cum Familia de Observantia incedant; et sive Discalceati, Reformati, aut alio quovis nomine nuncupen-

tur, necnon gaudere, et frui debere omnibus aliis praerogatis expressis in Bulla S. M. Clementis VIII incipiente: *Ex injuncto nobis etc. dat. 7. Sept. 1602.*, et ita in posterum ubique servari mandaverint: tamen oratores praedicti in nova Hispania patiuntur desuper controversiam ab aliis Regularibus, et praesertim a Fratribus Eremitis S. Augustini; ideoque supplatum fuit pro opportuno remedio.

Et eadem S. C., attentis narratis, ad tollendam hujusmodi controversiam declaravit: *Decreta superius relata, et Brevia Apostolica servanda, et exequenda esse etiam in dictis partibus novae Hispaniae ad favorem oratorum, perinde ac si pro eis emanassent, et ad praedicta omnia servanda, et exequenda per Rmos Archiepiscopos, et Episcopos, eorumque officiales, et vicarios in spiritualibus generales opportunis remediis Regulares praefatos renuentes, inobedientes cogendos esse censuit, voluit, et ordinavit. Hac. die 13. Jul. 1676.*

#### MEXICANA.

2710.

Fratres conventus B. M. de Mercede Civitatis Mexicanae humiliter exponunt infrascripta dubia, et supplicant pro resolutione illorum pro perfectiori recitandi forma.

An commemoratio S. Anastasiae in 2. Missa Nativitatis Dñi ubique sit facienda, vel Romae tantum?

2. Festum S. Thomae Episcopi Cantauriensis die 29. Decembris, quando transfertur ad Vigiliam Epiphaniae juxta Decretum fel. record. Gregorii XIII., cum praedicta Vigilia sit Dominica vacans semid: Quaeritur: An sit faciendum officium de Praedicto Festo, quod similiter est semiduplex: an transferendum in aliam diem non impeditam?

3. Festum S. Petri ad Vincula die 1. Augusti in Regnis Hispaniae transfertur ad diem 2. propter diem octavam S. Jacobi Apostoli. Si talis dies 2: fuerit Dominicæ: Quaeritur: an faciendum sit ipsa die. 2. de praedicto Festo, an vero transferendum in aliam diem non impeditam?

4. In Festo expectationis B. M. V. in Hispaniae Regnis Antiphona quarta in 2. Vesperis est diversa: nam in aliquibus Breviariis, et Diurnis ponitur Antiphona—*Davit ei etc.*, et in aliis ponitur Antiphona—*Ecce ancilla etc.* Quaeritur: quae nam ex his perpetuo dicenda sit?

5. Cum Festa ad libitum non sint transferenda, juxta Decretum hujus S. R. C. datum Romæ die 20 Decembris 1673 (2519) et Festum S. Raymundi nonnati S. R. E. Cardinalis in hac civitate Mexicana occurrat semper cum Festo Dedicationis Ecclesiae Matricis duplici primæ classis die 31. Augusti:

Quaeritur: An praedictum Festum S. Raymundi sit semper omittendum?

6. Festum S. Petri Arbues die 17. Septembris duplex ubi fuerit Tribunal sacrae Inquisitionis, cum ipsa die occurrat Festum SSmi. Nominis Mariae duplex majus in omnibus Hispaniae Regnis: Quaeritur: de quo ex praedictis sit faciendum ipsa die 17?

7. Festa; quae in Breviariis sunt simplicia, licet ad libitum semiduplicia, ut S. Alexii, et S. Remigii: Quaeritur: si quando omittenda sunt ratione semiduplici ad libitum, sit facienda de illis commemoratio simplicium?

8. In multis Ecclesiis solent celebrari Missae de festivitatibus B. M. V. cum solemnitate pro re gravi, et concursu Populi. Quaeritur: An, quando celebratur Missa de Annunciatione modo dicto, sit faciendum ad *Incarnatus*, quod fit in ipsa die Annunciationis?

9. In feriis sextis per annum solent celebrari Missae de Passione Domini in multis Ecclesiis: Quaeritur: quo colore utendum est? et an pulsandum sit organum?

10. In feriis quintis per annum, quando sit Officium de SSmo Sacramento, et Sabbatis de Conceptione B. V. M., vel de Patrono in qualibet hebdomada juxta privilegia Ordinum. Quaeritur: An, quando occurrit aliqua Vigilia his diebus, sit dicenda Missa de Vigilia, vel de Officio, a paritate, in Rubrica de Vigiliis, quae occurunt infra octavam?

11. In Sabbato Sancto non dicitur offertorium in Missa: Quaeritur: An tunc pulsandum sit organum? Juxta illud Guillelmi Duranti in suo Rationali Divinorum, quod silet chorus etc?

Et eadem Sacra Rituum Congregatio respondit ad infra-cripta dubia; ut infra, videlicet.

Ad 1. Commemorationem S. Anastasiae in 2. Missa Nativitatis Domini ubique faciendam.

Ad 2. Transferendum Officium S. Thomae Cantauriensis ad aliam diem non impeditam post octavam Epiphaniae. Nec obstat decretum fel. record. Gregorii XIII, quod est singulare privilegium concessum, non lex.

Ad 3. Transferendum Officium S. Petri ad vincula ad aliam diem non impeditam.

Ad 4. Dicenda Antiphona quarta in vesperis, et totum officium juxta concessionem, et approbationem ab hac S. R. C.

Ad 5. Servandum Decretum hujus S. C.

Ad 6. Faciendum officium de digniori, et transferendum minus dignum.

Ad 7. Faciendam commemorationem Festorum praedictorum, ut de simplicius juxta Rubricas.

Ad 8. Missas proprias de Festivitatibus B. M. V. non esse ce-

lebrandas, nisi diebus, in quibus dicta solemnitate occurrunt, et per eorum octavis, quas habent; coeteris temporibus earum loco celebrandam unam ex votivis B. M. V. in fine Missalis positis, juxta distributionem temporis in eo factam cum intentione ad honorem Annunciationis, Assumptionis etc.

Ad 9. Colore violaceo utendum, juxtam Rubricas. Quantum ad Organum conformandum cum rito Dominicæ de Passione, cum participet in titulo, et sacramento mortis Jesu Christi.

Ad 10. Dicendum officium, juxta concessionem, et Rubricas.

Ad 11. Non prohiberi. Hac die 12. Martii 1878.

### ANGELOPOLITANA.

2971.

Pro parte Capituli, et Canonicorum Ecclesiae Cathedralis Angelopolitanae in Indiis, supplicatum fuit S. R. C. pro concessione, et resolutione infrascriptorum.

1. Quod Officium Desponsationis B. M. V. cum J. Josepho transferatur, attento quod dies vigesima tertia Januarii, qua concessa est illius recitato, est impedita Officio S. Idelphonsi, cuius festum est solemnissimum, accidente etiam quadam donatione facta per Rmum Episcopum D. Alphonsum de la Motta, et Escobar in Ecclesia ejusdem Sancti, ad quam ingens multitudo Cleri, et Populi concurrit.

Et eadem S. R. C. respondit: *In casu proposito transferatur Officium Desponsationis ad primam diem non impeditam alio officio novem lectionum.*

2. Quod recitatur die prima Martii Officium S. Angeli Custidis, stante tam antiqua consuetudine vicente ab anno 1608, et in casu subsistentiae Decreti, quod adesse aiunt, ut ubi adesset consuetudo recitandi dictum Officium die 1. Martii, ea observaretur. Et quaetenus necesse sit, oratores suplicant pro illius confirmatione.

Et eadem S. C. respondit: *Obstant Decreta Pauli V., et Clementis X.*

3. Quod Officium Sanctorum Justi, et Pastoris transferatur, attento, quod ea die celebratur Transfiguratio Domini.

Et eadem S. C. respondit: *Officium Sanctorum Justi, et Pastoris transferatur ad diem nonam Augusti; ita sub die 23 Martii proximi praeteriti decrevit et imposterum servari mandavit in Hispania, ad instantiam Ordinis Discalceatorum SSmae Trinitatis Redemptoris Captivorum Congregatione Hispaniae.*

4. Quod recitatur Officium SSmae Conceptionis Dñae Nostrae die Sabbati, et SSmi Sacramenti die Jovis, dummodo non occurrat Sanctus duplex, vel semiduplex, quemadmodum con-

COM. T. III. P.—25.

sessum est Cathedrali Ecclesiae Mexicanae, intra chorum ea ratione, quia Titularis hujus Ecclesiae est Conceptio B. M. V., et in praefata civitate Angelopolitana specialissima devotione erga hoc grande Mysterium, et festa, quae anno quolibet in illa celebrantur, secumferunt magnum apparatum, gaudium, et sumptuositatem per vias igneis plausibus, Altaribus, et ornatis munificentia concomitante. Et minor non est devotione in SSimum Sacramentum, praesertim Confraternitatis in dicta civitate fundatae sub hoc titulo, ubi illud celebratur tertia Dominica cuiuslibet mensis magna solemnitate, et Processione.

Et eadem S. C. respondit; *Negative.*

5. Officium B. Mariae de Mercede concessum Hispaniis in prima Dominica Augusti, si in dicta Dominica occurrat Octava S. Apostoli, quaeritur: an recitandum sit de Octava, vel de B. Maria de Mercede.

Et eadem S. C. respondit: *Officium recitandum esse de die Octava, juxta Rubricas Breviarii Romani; et Officium B. Mariae de Mercede eo anno omitti debet, juxta antiqua, et nova Decreta, et signanter in una Ord. Minor. 20 Martii 1683.* (2870.)

6. De festis ad libitum occurrentibus in Dominicis, et festis nobilibus nihil sit in Octavis. Quaeritur: an verbum actavis intelligatur de omnibus diebus octavae, vel solum de die octavo?

Et eadem S. C. respondit: *Officia ad libitum occurrentia diebus infra octavas omitti debent, nisi aliter specialiter, et expresse indulta sint a Sede Apostolica, prout Festum S. Elisabeth infra Octavam Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, juxta Decreta edita 28 Novembris 1862, et 2 Octubris 1683.* (2856, 2882).

7. Quando in Missa solenni concionator post salutationem salutat Ministros Altaris, seu facit reverentiam: quaeritur an debeant Celebrans, et Ministri correspondere discooperiendo caput, an non?

Et eadem S. C. respondit: *Non est incongruum si Ministri Altaris, et ipse Celebrans salutatione Concionatoris correspondant.*

8. In Cathedralibus, cantata Missa conventuali respondentem Officio, et satisfactio obbligatione principali diei in diebus solemnibus; quaeritur: an possit cantari alia missa votiva ex voto, seu devotione, nec ne, cum jam cum illa prima satisfactum sit obbligatione?

Et eadem S. C. respondit: *Melius se explicent in casibus particularibus.*

9. In Natali Domini in tribus Missis, quaeritur: an post sumptionem Sanguinis eundo, at redeundo ad medium Altaris, sit facienda genuflexio, et vertendo se Celebrans ad *Dominus vobiscum*, vel ad dandam benedictionem; num debeat renes

vertere ad Altare, cum (ut creditur) species vini non sint desecatae in Calice. Quid ergo fieri debet?

Et eadem S. C. respondit: *Serventur Rubricae Missalis Romanorum, de ritu servando in celebratione Missae §. 11. et 12. n. 2. Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 20. Julii 1686.*

### MEXICANA.

3409.

Ex parte Fratrum strictioris observantiae S. Francisci Provinciae S. Didaci in Regno Mexicano humiliter supplicatum fuit a S. R. C. declarari.

An quadragesimae, Adventus, et vigilarum temporibus, quando recitatur Officium de aliquo Sancto, et non de feria, seu de vigilia, sit dicenda. praeter missam de Sancto, etiam conventionalis?

Et S. eadem R. C. respondit: *Affirmative, nempe de Sancto post tertiam, et post nonam de feria, seu de vigilia.* Et ita declaravit. die 8. Maii 1700.

### ANGELOPOLITANA.

3832.

Ad humillimas preces nomine Cleri Civitatis, et Dioecesis Angelopolitanae in Indiis porrectas S. R. C., ad satisfacendum maxime devotioni, quae erga B. Virginem septem Dolorum, et S. Angelum Custodem in illa Cicitate, et Dioecesi summopere viget, benigne indulxit, atque concessit, ut ab universo Clero Saeculari, et Regulari utriusque sexus praefatae Civitatis et Dioecesis. Officium ejusdem B. M. V. Septem Dolorum, quando in feria sexta post Dominicam Passionis ob occurrentiam alieujus Festi duplicitis primae, vel secundae clas- sis recitari minime valeat, ad Sabbathum sequens, et non ulterrius transferri; nec non Officium S. Angeli Custodis imposturum cum Octava, servatis tamen Rubricis Breviarii, et Missalis Romanii, recitari possit, et valeat Die 11. Decembris 1728.

### MEXICANA IN INDIIS OCCIDENTALIBUS.

4035.

Exposito a Patribus Oratorii S. Philippi Nerii Civitatis Mexicanae in Indiis occidentalibus, eorum Congregationem fuis-

se auctoritate ordinaria erectam, et postea a S. M. Innocentio XII. confirmata in omnibus, et singulis privilegiis ad instar Congregationis S. Mariae in Vallicella, et S. Gregorii de Urbe, ut ex Brevi exhibito sub dat. 24. Decembris 1697. Cum autem in Ecclesia ductorum Patrum plures tumulari jussarent et juveant, Parochi in associandis ad eorum Ecclesiam cadaveribus, parentalia, et omne aliud, quod in exequis fieri solet, in ea peragere voluerint ita ut Patres praedicti plures a recipiendis defunctis se abstinerint, et abstineant, et quando ab hoc se expedire non potuerunt, intrante Parocho eorum Ecclesiam, semper protestati fuerunt jurisdictionem ad se, non ad illum spectare; idcirco ad evitanda scandala, quae ex hoc oriri possunt, demisse S. R. C. supplicarunt, quatenus benigne declarare dignaretur: quibus competit: Parochis ne, an Patribus in eorum Ecclesia exequias persolvere?

Et S. eadem C., auditio prius voto unius ex apostolicarum caeremoniarum Magistris, respondendum sensuit: *Quando Ecclesia tumulans est a Parochiali diversa, ducto funere ad Ecclesiam, non Parochus, sed alius Sacerdos ejusdem Ecclesiae, ad quam cadaver delatum est, induitus Cotta, et Stola, vel etiam Pluviali nigri coloris prosequatur Officium a Rituali Romano praescriptum; et sic S. R. C. servandum esse censuit in Ecclesia praedictorum Patrum Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii in Civitate Mexicana, sive tamen praejudicio jurium Parochis competentium, ut possint, si velint, illa experiri in hac S. C. . Et ita etc. Die 3. Septembris 1746.*

ANGELOPOLITANA.

4107.

Cum Capitulum, et Canonici Ecclesiae Cathedralis Angelopolitanae in Indiis Occidentalibus S. R. C. humiliter exposuerint, tam in eadem Cathedrali, quam in tota Dioecesi adamassim observata fuisse Decreta ejusdem S. C. et signanter illud de anno 1735. praecipiens. *Quod Officia Sanctorum, quae in fine anni supererunt, non sunt transferenda ad annum sequentem, sed quoties toto anni decursu de illis celebrari non valeat, tune in illo anno diebus eorum propriis consideranda sunt tamquam simplicia, faciendo eorum commemorationem, ut fit in semiduplicibus cum nona lectione composita ex omnibus lectionibus propriis secundi Nocturni (si proprias habuerint) ad modum unius. Sed cum quidam Religiosus Matritensis in Calendario typis dato inter coetera notaverit circa supradictum Decretum, quod principium anni in hoc casu a die illius Festi, non a mense Januario computandum sit, ideo ad tollendum quodecumque Dubium ei-*

dem S. R. C. enixe supplicarunt: quatenus benigne declarare dignaretur, quod intelligendum sit de anno communi, quod incipit mense Januario, et non aliter.

Et S. eadem C., ad relationem mei Secretarii, *damnata Religiosi Matritensis vana interpretatione, Capitulo, et Canonicis praefatae Ecclesiae Metropolitanae respondendum censuit: Decretum diei 26. Novembris 1735. (3889.) esse intelligendum de anno vulgari, et communi, qui a Calendis incipit Januarii. Et ita declaravit. Die 30. Augusti 1755.*

MECHOACANEM.

4198.

Relatis in C. S. R. sub infrascripta die habita per Enum., et Rmum. Dominum Cardinalem S. Angeli humillimis precibus Patrum Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii erectae in villa S. Michaelis Mechoacanem Dioecesis in America, seu nova Hispania SSmo Domino Nostro Clementi Papae XIII. porrectis, et a Sanctitate Sua eidem S. R. C. remissis, quibus, occasione supplicationum, quae ordinarie infra annum, seu extraordinarie; aliqua urgente causa, in eadem Villa peraguntur, declarari petierunt sequentia tria infrascripta Dubia, nempe:

1. An dicti Patres teneantur intervenire sacris supplicationibus, quae fiunt ordinarie infra annum, vel extraordinarie, aliqua urgente causa.

2. An casu, quo teneantur intervenire, vel invitati sponte interveniant pro populi aedificatione, incedere debeant ueste nigra cum pileo aperto, vel potius cum superpelliceo, et bireto?

3. An si interveniunt praedictis supplicationibus debeant praecedere Regularibus, vel potius eis praecedentiam concedere?

Et S. eadem C., audita relatione Emi., et Rmi. Domini Cardinalis S. Angeli ponentis, cui haec eadem ipsa Dubia examinanda commiserat, rescribendum censuit. Ad 1. *Affirmative.*

Ad. 2. *Negative ad primam partem. Affirmative ad secundam.*

Ad. 3. *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Die 21. Januarii 1769.

GUADALAXAREN  
IN AMERICA SEPTENTRIONALI.

4233.

Ex parte Parochi Pagi ad aquas calientes nuncupat. Dioecesis Guadalaxarensis in America Septentrionali S. R. C. expositum fuit. Tertiarios, seu confratres saeculares tertii Ordinis S. Francisci dicti loci, quamvis a Rmo Ordinario admonitos tam occasione funerum, et associacionis cadaverum, quam in Processionibus SSmoi Sacramenti, et aliis, quibus invitati intersunt, Rituale Romano, et S. R. C. decretis obedire renuerere. Quapropter ad eadem S. C. idem Parochus orator recursum habuit, ut, ad observantiam praedictorum Decretorum, et Ritualis Ramani, eosdem refractarios confratres omnino compellat.

Et S. eadem C., ad relationem mei infrascripti Secretarii respondendum censuit: *Dentur Decreta prout infra, nempe Nepesina die 10. Mai 1608. (230) Mediolanen. 19. Junii 1655. (1609).* Et ita decrevit, et in Ecclesia Pagi ad aquas calientes nuncup. Dioecesis Guadalaxarensis in America Septentrionali servari, quoad praedictos confratres tertii Ordinis S. Francisci, mandavit. 12. Julii 1777.

MEXICANA.

4648.

Emi., e Rni. Signori.—Il Sacerdote Andrea Fernandez de Madrid Canonico Decano della Metropolitana di Messico Oratore umilissimo dell' Emze. Vostre Rme. con pieno ossequio espone qualmente da tempo immemorabile si è sempre praticato in quella Chiesa Metropolitana, che il Sagrestano, il quale nel Venerdì Santo estrae dall' Urna il SSmo. Sacramento, ove trovasi depositato, per consegnarlo al Diacono, e questi passarlo al Sacerdote celebrante, ha usato sempre di Stola bianca; ma nel presente Anno il Maestro delle Ceremonie appoggiato ad una dotrina del P. Merati determinò, che il detto Sagrestano usasse di Stola negra per estrarre la SSma. Eucaristia dall' enunciata Urna. Suplica pertanto umilmente l' Eminenze Vostre Rme., perché vogliano benignamente degnarsi dargli sú di ciò una benigna dichiarazione.

Implora inoltre, che l' Eminenze Vostre si degnino dichiarargli, se il Diacono quando portasi al Tabernacolo ad esporre, o ad abbassare il SSmo. Sacramento per la rinnovazione,

o Processioni, deve portare il Velo sopra le Spalle, o lo può effettuare senza di quello con la Tonacella, giacché nella su detta Città di Messico alcune Chiese praticano in un modo, ed altre in diversa maniera; ma nella Metropolitana sempre uno dei Sagrestani è quello, che cala sopra l' Altare il Santissimo, é nel piano del medesimo lo porge al Diacono, il quale senza il velo lo prende, e lo colloca sopra l' Altare. Che ec.

Sacrorum Rituum Congregatio, me infrascripto Secretario referente, respondit.

Ad 1. "Excluso Cappellano, Calix extrahatur et deponatur a Diacono iuxta Rubricas." (1)

Ad 2. "Si Tabernaculum est eodem in Altari Velo Humerale non est opus; si diverso in Altari extaret Tabernaculum, Vulum Humerale est adhibendum. Die 16. Decembris 1828.

(1) Cum agitur de Ritibus, ac Caeremoniis omnia sunt peragenda iuxta Rubricas, et ab hac numquam recedendum; et si aliquando vel locus, vel Ministrorum defectus, vel alia quaecumque rationabilis causa haud sinat stricte eam sequi, id minus quam fieri potest eveniat, et in iis, quae rei substantiam non attingunt, sed minima et pauca. Iam quid indicat Rubrica huius diei cum agit de extractione Calicis a Capsula? A quo peragenda est actio, nisi a Diacono? Diaconus, inquit Rubrica, interim aperit Capsulam..... tum Diaconus (nempe is, qui eum Celebrante procesit ad locum Sacramenti, non alias ab illo diversus) extra hens Calicem cum Sacramento de Capsula dat ad manus Sacerdotis, etc.

Diacono haec extrahendi Sacramentum a Capsula actio tribuitur non aliter, sive Sacristae, sive Sacerdoti euicunque Stola induito. Adeo hoc verum est, ut ipsum Caeremoniale Episcoporum, si quam actionem Sacristae assignat, non aliam assignat, nisi Capsulae appertitionem. Et rursus (legitur §. 31. cap. 25. lib. 2.) genuflexus super pulvino incensat tripli ductu Sanctissimum Sacramentum, Sacrista aperiente Capsulam: extractionis vero actionem primo Diacono adstanti assignat; Tunc primus Diacononus assistens accipit Sanctissimum Sacramentum de dicta Capsula, illudque in manibus Episcopi adhuc genuflexi reverenter collocat. Idem prorsus indicatur in Memoriali Rituum Benedicti XIII. fel. rec. Tit. XVI. §. 3. num. 18.: Diaconus prope Altare, facta genuflexione unico genu, sine capit's inclinatione, extrahit de Capsula Calicem Sanctissimi Sacramenti suo velo coopertum..... et stans tradit Calicem eidem (Celebranti.) Satis haec sint, quae breviter sunt adnotata. In re enim tam clara diutius immorari supervacaneum prorsus esset. Nil mirum si S. Congregatio nihil de Stola colore proposito dubio respondit, nam Rubricae inhaerens, inductum abusum reprobare tantum censuit excludendo Sacristam ab actione extrahendi Sanctissimum Sacramentum, et sic Rubricam accurate servari decrevit.

MEXICANA.

4744.

Quum in Mexicanae Dioecesis Ecclesiis solemnis expositio Sanctissimi Sacramenti Quadraginta Horarum quatuor complectatur dies, dubitari assolet in qua ex duabus integris diebus celebrari debeat Missa votiva solemnis pro Pace, ad quam quidem dubitationem eliminandam Sacrorum Rituum Congregationi suplicatum est pro opportuna declaratione. Eminentissimi itaque ac Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi animadverentes in Instructione Clementina quoad modi expositionem §. XIII. nil sancitum fuisse pro qualitate huiusmodi Missae votivae, ibidemque praescriptum fuisse Missam pro Pace celebrandam donec aliter Summus Pontifex constitutus; probe censuerunt in Dioecesibus ab Ordinariis Locorum constituendum quae, et quando Missa votiva tali occasione celebrari debeat, ac proinde in Ordinariis Comitiis ad Vaticanum hodierna die habitis, audita relatione ab inscripto Secretario facta ad propositam quaestionem Dioecesis Mexicanae respondendum censuerunt: "Arbitrio Episcopi quoad qualitatem Missae votivae, et assignationem diei vel secundae, vel tertiae.

Atque ita rescriperunt. Die 22. Maii 1835.

MEXICANA.

4883.

In Ecclesia Sanctimonialium Capuccinarum Civitatis Mexicanae, Ordinario Dioecesano subditarum, quadraginta et amplius ab hinc annis consuetudo invaluit contra id quod hac de re praescriptum a Rubricis invenitur, ut Sacerdotes Missae Officio suo conformem celebrent, ut nec de colore paramentorum, nec de ritu Capuccinarum carent: immo potius Moniales ipsae Sacristae quotidie ad ornamenta ministranda, non Ecclesiae suae propriae, sed Clericale Directorium consulant, et sequantur. Capellanus ergo, qui earum nunc curam gerit, Sacrorum Rituum Congregationem requisivit an standum sit in posterum praedictae consuetudini, an Rubricis? Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitiis ad Vaticanas Aedes subscripta die coadunata, referente me subscripto Secretario, respondendum censuit: "Servandas esse Rubricas, et Decreta hujus Sacrae Congregationis." Die 11. Aprilis 1840.

ANGELOPOLITANA.

5102.

Quum Sacerdos Florentius Ruiz Magistri Caeremoniarum in Cathedrali Angelopolitana Ecclesia munere fungens, Sacrorum Rituum Congregat. sequentia Dubia enodanda propo- suerit, nimirum:

1. Per decretum Saerorum Rituum Congregationis datum die 27. Maii de anno 1826. prohibitum fuit deferre sub Baldachino Reliquias et Imagines Sanctorum, quia usus Baldachini debetur tantum Eucharistiae Sacramento: quaeritur an in enunciata prohibitione comprehendatur etiam Episcopus dum Paroecias visitat, et Monasteria?

2. In Cathedrali Angelopolitana Ecclesia interdum in Dominicis solemniter Matutinum persolvitur, et ad occasum solis, et ultra perducitur, ac recitata Antiphona finali temporis, Canonici et reliqui de Choro ex antiqua consuetudine remanent genuflexi recitantes Orationes noctis, scilicet *Angelus Domini*, quaeritur an sic munere debeant, vel potius stando eamdem Orationem recitare?

3. An assumenda omnino sit Stola ad private dicendum Responsum pro defunctis?

4. An sit omnino necessarium assumere Stolam dum in Dominicis Aspersio Aquae benedictae fit sine Pluviali?

5. Dum a Celebrante legitur Oratio *Communio* dicta, Canonici, ac reliqui de choro ex antiqua consuetudine stant: quaeritur, an stare debeant, vel potius sedere?

6. An retinenda, vel potius eliminanda sit consuetudo pul- sandi tantum Organum ad respondendum dum in Missa can- tatur *Ita Missa est*?

7. An in Processionibus, quae intra Ecclesiam cum Sanctissimo Sacramento fieri assolent, liceat erigere Altare portatile, quamvis super Sepulchris sistat, ut in eo reponi tantisper valeat Sanctissimum Sacramentum dum aliqua Stropha, vel Oratio canitur?

8. An Sacerdos caecutiens, vel visus tenuitate laborans, ha- bensque facultatem celebrandi Missam Votivam Beatae Mariae Virginis teneatur in Festis ipsius Deiparae celebrare Mis- sa de Festo occurrente, vel potius Votivam sine *Gloria*, ex- ceptis Sabbatis, et sine *Credo*?

9. An Episcopus assistens Missae solemnii, dum Subdiaco- nus ei porrigit Ampullam aquae, debeat omnino recitare Ora- tionem *Deus qui humanae substantiae*, vel satis sit ut eformet signum crucis super oblatam Ampullam?

10. A Rituale Mexicano praescribitur quod Parochus Sa- Com. t. III. P.—26.

crum Viaticum infirmo collatus, prius quam illud conferat de fide aegroti scitur per quamdam Fidei professionem, quae ibi sicut in Toletano, continetur: quaestio est, an sumpta semel Eucharistia per modum Viatici, si aegrotus diutino letali morbo laborans rursus et iterum poscat Sanctissimo Sacramento refici, teneatur Parochus singulis vicibus praedictam Fidei professionem expetere, vel possit illam omittere, conferendo tantum per verba *Accipe, frater, Viaticum?*

11. An in expositione Sanctissimi Sacramenti extra Missam Diaconus solus possit vicem gerere Sacerdotis in exponendo, et recondendo, cunque Sanctissimo Sacramento benedicere Populo antequam Ostensorium in Sacrario reponat?

12. An Diaconus cum Pluviali possit cadavera comitari, ac de licentia Parochi benedicere Sepulturam?

13. An in Ecclesiis minoribus, ubi extra Octavam celebratur Festum Sanctissimi Corporis Christi, Missa esse debeat de Festo occurrente cum commemoratione Sanctissimi Sacramenti, vel Missa de infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi cum unica Oratione *Gloria, Credo, et Praefatione de Nativitate?*

14. An Sacerdotes uti possint omnibus privilegiis etiam si nunc usque non usitatis, prout habentur in Bulla *Ad hoc nos Deus Sancti Pii Quinti diei 17. Decembri 1570 incerta ad caput Missalis Romani, ita ut ex. gr. possint Calicem cum Vino, et Aqua praeparare in Altare ante initium Missae?*

15. An Festum Sancti Patreni, quod ex dispositione sa. me. Gregorii Papae XVI. transferri debet ad Dominicam proxime sequentem, si haec Dominica praepedita sit, amandari possit ad aliam insequentem Dominicam, vel die propria celebrandum?

16. An Decreta Sacrorum Rituum Congregationis dum eduntur derogent cuicunque contraria invectae consuetudini etiam immemorabili, et in casu affirmativo obligent etiam quoad conscientiam?

17. Quum Sacrista Presbyter Superpelliceo, et Stola induitus adstet Canonicō solemniter celebranti, dum in Ostensorio reponitur Hostia pro renovatione et expositione Sanctissimi Sacramenti, poterit ne Diaconus hoc in casu manere ad sinistram Celebrantis, eo quod idem Sacrista eo tempore ejus vices gerat, aut necesse est ut veniat ad cornu Epistolae nil ibi fac-turus?

18. An in diebus semiduplicibus possint cum cantu celebrari duae Missae votivae de eodem Sancto?

Sacra eadem Congregatio ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, post diligens cuiuscumque Dubii axamen, ad relationem mei subscripti Secretarii respondendum censuit:

Ad 1. "Intelligendum de Reliquiis: quoad Episcopum servetur Caeremoniale."

Ad 2. "Iuxta concessionem pro lucrandis Indulgentiis."

Ad 3. "Negative."

Ad 4. "Affirmative."

Ad 5. "In casu esse sedendum."

Ad 6. "Servari posse."

Ad 7. "Cavendum ne Altare portatile Sepulchro immineat."

Ad 8. "Non teneri ad Missam Festi,"

Ad 9. "Dicendam esse orationem."

Ad 10. "Standum esse peculiari dispositioni."

Ad 11. "In exponendo tantum, et recondendo Sanctissimo Sacramento."

Ad 12. Negative."

Ad 13. De Festo occurrente, nisi habeatur Indultum."

Ad 14. Negative, sed quoad illa servandam consuetudinem."

Ad 15. Transferendum cum Missa tantum ad alteram Dominicam non impeditam."

Ad 16. "Affirmative, sed recurrendum in particulari."

Ad 17. "Esse officium Diaconi, et non Sacristae."

Ad 18. "Negative juxta alia Decreta:"


Adque ita rescribere rata est et declarare.

Die 11. Septembris 1847.

#### DE GUADALAXARA.

5363.

Quum Rmus. Dnus. Petrus Espinosa Archiepiscopus de Guadalaxara S. R. C. humillime sequens Dubium enodandum proposuisset nimirum: An sacra Paramenta revera auro maxima saltem ex parte contexta pro quocumque colore exceptis violaceo et nigro inservire possint? Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coacta rescribendum sensuit: Tolerandam esse Locorum consuetudinem relate tantum ad Paramenta ex auro contexta. Die 28. Aprilis 1866.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## INDEX TOMI TERTII.

### TITULORUM, SERVATO ORDINE

RITUALIS ROMANI.

Titulus I. De processionibus.....	5
Tit. II. De Processione in die Festo Purificationis M. V.....	24
Tit. III. De Processione in Die Palmarum.....	28
Tit. IV. Ordo servandus in Litaniarum majorum Pro- cessione, quae in Festo S. Marci celebratur.....	34
Tit. V. De Processione in festo SS. Corporis Christi.	47
Tit. VI. De Processione ad petendam Pluviam.....	66
Tit. VII. De Processione ad postulandam serenita- tem.....	68
Tit. VIII. Preces ad repellendam Tempestatem....	72
Tit. IX. Preces dicendae tempore Penuriae, et Fa- mis.....	76
Tit. X. Processio tempore mortalitatis et Pestis....	78
Tit. XI. Preces dicendae in Litaniis tempore Belli...	82
Tit. XII. Processio in quacumque Tribulatione....	86
Tit. XIII. Preces dicendae in Processione pro Gra- tiarum actione.....	88
Tit. XIV. De Processione in Translatione Sacrarum Reliquiarum.....	91
Tit. XV. De exorcizandis Obsessis a Daemonio.— Summarium Primum.....	98
Tit. XV. De exorcizandis Obsessis a Daemonio.— Summarium Secundum.....	116
Tit. XVI. Ritus absolvendi, et benedicendi Populos, et Agros.....	133
Tit. XVII. Formula scribendi in libris habendis apud Parochos.....	145

Tit. XVIII. Forma describendi Baptizatos in primo libro.	157
Tit. XIX. Forma describendi confirmatos in secundo libro.	163
Tit. XX. Forma scribendi Conjugatos in tertio libro.	165
Tit. XXI. Forma describendi statum Animarum in quarto Libro.	172
Tit. XXII. Forma describendi Defunctos in quinto libro.	176

**APPENDIX.**

Benedictio viae Ferreae.	179
Benedictio Telegraphi.	180
Formula benedicendi pueros solemniter.	181
Benedictio aquae Sti. Aloysii Gonzaga.	182
Benedictio Papalis.	183
Decreta autentica congregationis Sacrorum Rituum Mexicana núm. 349.	184
Mexicana, núm 136.	185
Angelorum in Indiis, 1926.	ibid.
Indiarum, núm 2050.	186
Angelopolitana, núm, 2390.	ibid.
Indiarum, núm. 2630.	188
Mexicana, núm. 2710.	189
Angelopolitana, núm. 2971.	191
Mexicana, núm. 3409.	193
Angelopolitana, núm. 3832.	ibid.
Mexicana in Indiis occidentalibus.	ibid.
Angelopolitana, núm. 4107.	194
Mechoacanem, num. 4198.	195
Guadalaxaren in america septentrionali, núm. 4233.	196
Mexicana, núm. 4648.	ibid.
Mexicana, núm. 4744.	198
Mexicana, núm. 4883.	ibid.
Angelopolitana, núm. 5102.	199
De Guadalaxara, núm. 5363.	201

**FINIS.**

